Iunctura, æ : Commissura, coniunctio. { בְּרִית debék. oīz. & oīz. } Col. *lib. 2. cap. 2.* Hoc enim genus iuncturæ maximè probatum est. Gennum iunctura, Ovid. 2. *Metam.* Iunctura verborum, id est, compositione. Quintilian. *lib. 9. cap. 4.* Idem, Inter iuncturas verborum revocate spiritum. Sueton. in *August.* Inter iuncturas lapidum enara palma. Idem in *Aug. cap. 91.* Senec. *Epist. 77.* Iuncturæ navium aquam excludentes. Gell. *cap. 3. lib. 5.* Iunctura fascis lignei.

Iunctum, adverbium : Sine intervallo. { ἀκανόνες. GALL. Tout ioint, tout ensemble. ITAL. Insieme, giuntamente. GERM. Aneinander oder miteinander. HISP. Ayuntada mente. ANGL. Jointly, without dislance. } Suetonius in *Tiberio*, Magistratus & matrius inchoavit, & penè iunctum pete currit. Gell. *lib. 14. cap. 6.* Cut Thelemacus cubans iunctum sibi cubantem Pisistratum non attigerit manu.

Iunicēs : Teneræ etatis boves foeminae, quæ iam cessaverunt vitulæ esse, neandum tamen ad summam magnitudinem pervenerunt, dictæ quasi iuvenæ, à juniori etate, inquit Cornutus. { בְּרִית parah. oīz. & oīz. GALL. Genices, jeunes vaches. ITAL. Manzuele, torelle. GERM. Küdöslein. HISP. Novilla. ANGL. Haifers. } Persius. *Satyr. 2.*

Tot tibi quum iunicum in flammis omenta liquefiant.

Nominativus singularis est Iunus. Plaut. in *Milit.* Quum mox ad stabulum iunus recipiat se de pabulo. Mares autem in eadem etate Iuveni, μητροι, appellantur.

Iuniculus : Palmes vetus in magnam longitudinem, & ad quartum usque pedamentum porrectus, quod alio nomine Draconem vocant, ad mascula conficienda idoneum. Plin. *lib. 17. c. 22.* Nec veterem placet palmitem in longum, & ad quartum usque pedamentum emitti, quod alii dracones, alii juniculos vocant, ut faciant quæ mascula dicunt.

Iunior : vide *Iunus*.

Iuniperus, i, quasi iunes baccas pariens. Iunis est viridantis etatis, contractum ex *Iunus*. { בְּרִית rotém. אֲגֹדֶת. GALL. Genievre, ou genevre. ITAL. Ginero. GERM. Wachholzstand. HISP. El enebro. } Arbuscula quæ in locis arenosis frequens nascentur, pro foliis spinas habens perpetuò virientes : unde & topiario operi idonea est, matramque habet cariei non obnoxiam. Vide Plin. *lib. 8. cap. 25.*

Iunis, e, quod est æstate viride, i. Unde iunior comparativus fit, inquit Cornutus.

Iunix : vide *Iunus*.

Iunius mensis. { יְנַיְןָהָיָה. GALL. Le mois de Juin. ITAL. Giugno. GERM. Der Brachmonat. HISP. El mes de junio. ANGL. The month of june. } à Iunone putatur dictus, quem Iunonalem & Iunonium dicebant, vel ut Nonius scribit, à iungendo : G, littera atra. Sed postea detrinitis aliquot litteris, ex Iunonio Iunius est dictus. Suni qui putant à Iunio Bruto dictum Iunium, qui primus Romanus factus est Consul, quod hoc mense, scilicet Kalendis Iuniis, pulso Tarquinio, sacrum Carneæ deæ in Cælio monte voti reus fecerit. Alii à Iunioribus derivant, sicut Maium à majoribus. Ovid. *lib. 6. Faſt.*

Sic statuit, mensisque notâ secrevit eadem.

Iunius est juvenum, qui fuit ante senum.

Et à Iunone, & à iuvenibus Iunium mensis dictum testatur Plut. in *Numa*.

IUNO, יְנָהָיָה, à Iuvo, vel à Iove, cuius fuit soror & coniux. Saturni filia fuit, & (ut fabulantur Poëtae) Iovis & soror & coniux. Physici interpretantur per Iunonem intelligi aërem: idcirco autem Iovis coniugem, & sororem putari, quod summa sit aëris cum æthere similitudo. CIC. 2. de nat. Deorum, Aët., ut Stoici disputant, interjectus inter mare & cœlum, Iunonis nomine consecratur, quæ est soror & coniux Iovis, quod similitudo est ætheris, & cum eo summa coniunctio. Effeminarunt autem eum, Iunonique tribuerunt, quod nihil eo est mollius. Et paulo post, Sed Iunonem à Iuvando credo nominaram, Iunonis multa sunt nomina. Est enim Curetis, quæ utitur curru & hasta. Virg. 1. *Aeneid.*

hic illius armas,

Hic currus fuit.

Calepini Pars I.

¶ Est & Lucina, quæ patribus præst. Terent. in *Andr.* Iuno Lucina fer opem. Est & regina. Virg. 1. *Aeneid.*

Ab ego qua divum incedo regina....

Et quia præst nubentibus, Pronuba dicitur. Idem 4. *Aeneid.*

— & pronuba Iuno.

Gell. *cap. 3. lib. 4.* Iunonis aram pellec ne tangito. Plaut. *Amph. sc. 3. a. 2.* Per iupremi regis regnum iuto, & matrem familias Iunonem.

Idem *Amph. sc. 3. a. 3.* Quem Iovi Iuno custodem addidit.

Iunonalis, e. Ovid. *lib. 6. Faſt.* Iunonale leges tempus, &c.

Iunoniſus, a, uin: ut, Avis Iunonia, pavo. Ovid. 1. de arte,

Laudatas ostendit avis Iunonia pennas.

Iunonius mensis, id est, Iunius. Idem 6. *Faſt.* Iunonius puer. Cic. *Epist. ad Octavianum.* Tempa Iunonia. Ovid. 3. *Trist.* Iunonius puer, Iunonia hospitia, fausta, fortunata, Turn. ||

Iunoniſcolæ, Colentes Iunonem, Ovid. 6. *Faſt.*

Iunoniſgena, æ: Vulcanus dicitur, Iunonis filius. Ovid. 4. *Metam.*

Iunoniā, duarum insularum nomen est inter Fortunatas, quarum altera Iunonia maior, altera Iunoniā minor appellatur: ut ex Jubæ sententia refert Plin. *lib. 6. cap. 32.* Ιωνία.

|| Iunos, animal quadrupes. Geñ. ||

IUPITER, tris, vel teris, ut Prisciano placet, non Iovis: qui genitivus est non à Iupiter, sed à nominativo Iovis. Ιωνία. Nam à principio Iovis appellatus est à juvando: postea adiuncto altero vocabulo dictus est Iupiter, quasi Iovis, sive iuvans pater, sicut Liber-pater, & Dispater: Item, Neptunus-pater, Saturnus-pater, Mars-pater, (pro quo & Mars-piter) Janus-pater, &c. olim dicere solebant, ut author est Gellius *cap. 12. lib. 5.* Econtrariò veteres Vcioem appellatunt Deum cui nulla esset iuvandi facultas, celebrabant enim quosdam deos, ut prodeſſent: quosdam ne obeffent, placabant. Iupiter cur genitor & rector, & eo nihil maius. Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.* Plaut. *Moſt. sc. 1. a. 2.* Iupiter supremus, summis opibus & industriis me perisse cupit. Idem *Capt. sc. 1. a. 4.* Iupiter supreme serva meāsque auge opes. Idem *Amphitr.* Summe Iupiter, quid ego video? Iupiter? pro Iupiter. Idem *initio sc. 1. a. 2. Pſeud.* Proh Iupiter. Gaudentis, sive gestientis præ gaudio. ¶ Iurantis, adiurantisque. Idem *Pſ. sc. 5. a. 1.* Do Iovem testem tibi. Et *Men. sc. 2. a. 5.* Iovem summum, Deōsque deſtector me nihil ei male fecisse. *Ibidem sc. 2. a. 4.* Per Iovem deōsque omnes adiuro me isti non nutasse: Satin' hoc tibi. *Ibidem sc. 7. a. 5.* Per Iovem patrem adiuro. Et Gell. *cap. 21. lib. 1.* Per Iovem lapidem (quod sanctissimum iusjurandum est habitum) paratus sum jurare, &c. ¶ Imprecantis. Idem *Moſt.* At te Iupiter diique omnes pertendant. Et in *Pſeud.* Iuppiter te perdat. Et in *Circul. c. 2. a. 5.* Iuppiter te malè perdat. ¶ Beati precantis, & fausta optantis. Idem *Pſeud. sc. 1. a. 4. & Moſt. sc. 1. a. 2.* Ita ille faxit Iuppiter. Idem in *Milit. sc. 2. a. 2.* At Iuppiter bene te amet. Idem *Pſeud. sc. 1. a. 1.* Misericordia sum. Id te Iuppiter prohibet ¶ Iovi sacrificare, *ibid. sc. 3. a. 1.* Si sacrificem summo Iovi, & exta teneam. ¶ Suscipere vota Iovi. Idem *Amphitr.* Imperatores utrinque hinc & illinc vota suscipiunt. Ovid. *Eleg. 2. lib. 4. Trist.*

Et dabitur meritò laurea vota Iovi, &c.

¶ Iovis nomen interdum tribuerunt ipsis hominibus. Idem *Eleg. 3. lib. 1. Trist.*

In festūmque miki sit satis esse Iovem (i. Augustum.) Idem *Eleg. 1. lib. 3. & Eleg. 1. lib. 5. vers. 2.* Iovis domus (i. Augusti.) Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Ut sacrifices. H. Cui Deo? e. Mihi. Nam sum tibi summus Iuppiter. Item Ovid. *Eleg. 4. lib. 4.*

Iuppiter ingenius præbet sua numina vatum,

Seque celebrari quolibet ore finit.

Idem 13. *Metam.*

— A Iove tertius Ajax

Ibidem,

Arma tulisse refert contra Troasque Iovemque.

Item,

Iuppiter ipse levi veltus per inania currut, &c.

Fabulantur autem Poëtae Iovem Opis & Saturni filium fuisse, in Crete insula eodem cum Iunone partu editum, & in Ida monte à Curetibus educatum: idque clam patre, qui ex pactione cum Titane fratre inita, filios suos omnes devorabat. Quum autem in virum adolevisset, cognovissetque etiam tunc patrem viræ suæ insidiari, regno eum pepulit, mundique imperium cum fratribus Neptuno, & Pluto ne forte divisit: ac Iovi quidem, cœli & terræ, Neptuno maris, Plutoni inferorum imperium obtigit. Iunonem deinde sororem suam uxorem duxit, quæ ei Vulcanum peperit. Cic. 3. de nat. deor. tres enumerat Iovis. Principio, inquit, Iovis tres numerant ii qui Theologi nominantur: ex quibus primum & secundum natos in Arcadia, alterum patre Æthere, ex quo etiam Proserpinam natam ferunt, & Libetum: alterum patre Cœlo, qui genuisse Minervam dicitur, quam principem & inventricem belli ferunt. Tertium Cretensem Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. Hæc Cic. Physici interpretantur Iovem elementum ignis, dictumque Iovem à iuvando, quod nulla sit res, quæ æquæ omnia foveat, atque calor. A Poëcis dicitur divum atque hominum rex: à maioribus autem Optimus maximus. Et quidem ante optimus, id est, beneficentissimus, quam maximus: quia maius, certeque gratius prodeſſe omnibus, quam opes magnas habere. Idem pro domo sua, Quocircum te Capitoline, quem propter beneficia pop. Rom. optimum: propter vim, maximum appellavit. ¶ Iupiter supremus dicitur, ad differentiam Iovis Stygius. Arnobius, Iupiter tam supremus, quam Stygius. ¶ Iovis Manes, i. Dispater, Summanus, Pluto, Orcus. Apud Macrobius. Dispater, sive Iovis Manes, sive quo alio nomine fas est nominare. ¶ In carmine semper ferè geminamus p, quod à iuvando putatur deduci, cuius prima syllaba corripitur. ¶ Usurpatur quandoque pro aëre. Hotat. 2. Ode 1.

— manet sub Iove frigido

Venator tenera conjugis immemor.

Iuvenalis,

— tremet seua cum grandine vernus

Iuppiter,

Mmm 4

Uodz

Unde & sub diò dicimus, id est, sub aëre. Nam dìa Iovem vocant Graci, quem omnia esse voluerunt. Valerius Soranus,

*Iuppiter omnipotens, regum, rerumque, deumque Progenitor, genitrixque deum, Deus unus & omnes.*

¶ Accipitur & pro imbre. Aig. lib. 2. Georg.

*Et jam maturu metuendus Iuppiter uvus.*

¶ Prototarum natura. Lucanus lib. 9.

*Iuppiter est quodcunque vides, quo cunque moveris.*

¶ Est & Jupiter nomen stellæ illius salutaris, quæ in ordine secunda est. ¶ Aliquando per Jovem intelligimus ipsam vim duorum superiorum elementorum, quæ agit in hæc duo inferiora, ad generationem & corruptionem. ¶ Jupiter aquilam delegit. Zos. aëris aquila. Ubi quis asciscit sibi præclaros, suisque rebus accommodatos titulos. Poëtæ enim singunt aquilam Jovi fulmine porrigit, quod hæc avis omnia multissimum iubvolet, nec iætu fulminis lœdatur. ¶ Ne Jupiter quidem omnibus placet. Theognis in sentent. id est p. 20. Zos. 2. 2. 2. Iur. marcas aëres, & t. aëris. Id est, Neque Jupiter ipse, sive pluat, seu non, unicuique placet. Hodièque vulgo dicunt, neminem inveneri, qui satisfaciat omnibus: nam aliis alia probantur. ¶ Pone à Jove, atque à fulmine, nō p. 20. dicitur teq. neq. Refertur à Diogeniano. Admonet non esse agendum cum præpotentibus, qui nutu possint perdere, si quando libeat: Maximè cum regibus atque tyrannis. ¶ Stultitia est, Jovem putare esse, & p. 20. & dicitur. id est, inscitia est, natum tot annos, credere esse illum Jovem. In eum accommodari potest, qui grandis natu dicit, aut sentit absurdum quippiam, quum propter ætatem nihil oporteat iam ignorare. Non convenit enim in natu grandes puerilis supersticio. Recensetur à Suida Jovis suffragium, dicitur. dicebatur sacrum & inviolatum. Unde sententiam ejus, cuius sit velut irrestragibilis authoritas, Jovis suffragium recte dixeris.

Jurā: Mons est Galliae, Sequanos ab Helvetiis dividens, auctore Cæsare in Comment. {Der Eberberg/söndert die Helvetischen Völker von den Burgundern.} Sunt qui putant eum esse, quem Galli sua lingua vocant Le mont des faneilles.

Jurāmentum, Juratus: vide Iuro.

¶ Jurea. Plaut. Pers. 1. 3. Quasi juream esse jus decet collyricum. Turn. lib. 4. 1. Juream, inquit, placentam intelligo, quæ è jure tota constat, ut jus collyricum, non liquidum sit, neque macrum, sed tam crassum & concretum, quam si è jure plagenta fieret. || GAL. Potage mitonné. TURGO, as, à Jus. Contendo, litigo, rixor, controversiam cum aliquo habeo, discepto. {בְּרִיב, מֵצָבָה. כַּעֲמָדָה, יְלָחֶד, תִּלְוָנָה. GALL. Quereller, debattre. ITAL. Contendere, litigare. GERM. Sancten/hadern/tiblen. HISp. Reñir, à mordazmente reprobender. ANGL. To braule or chide.} Terent. in Andr. Cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam. Differt autem Jurgare à litigare, & Jurgium à lite, quoniam jurgium levior res est. Siquidem inter benevolos, aut propinquos dissensio, vel concertatio, jurgium dicitur: inter inimicos dissensio, lis appellatur. Cic. 4. de repub. apud Nonium, Admiror nec terum solùm, sed verborum etiam elegantiam: Si jurgant, inquit, benevolorum concertatio, non lis, sed jurgium: inimicorum lis dicitur. Et in sequenti, Jurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Jurgare enim, à jure dictum est, ut auctor est Varro lib. 6. de ling. Lat. & significat jure agere, aut jure litigare. ¶ Est & jurgor deponens. Horat. 2. Serm. Satyr. 2.

— jure, inquit, Thrasius istie

Jurgatur verbie

¶ Ab his sunt composita, Objurgo, & Objurgor, de quibus alibi. Jurgium, ii: Contentio, dissensio, & levior quedam lis, qualis non nunquam etiam amicos soler accidere. {בְּרִיב, מֵצָבָה. כַּעֲמָדָה, יְלָחֶד. GALL. Noise & debat. ITAL. Contentione, lite. GERM. Ein zank/hader. HISp. Renzilla, contencion. ANGL. Brauling or chiding.} Ascon. Pædian. in Verr. 3. Jurgium, inquit, dictum puto, quasi jure gium, quia jure agatur & disceptetur. Nam & pro lite accipitur. Hæc ille. Cic. 2. de senect. Ut Themistoclem ferunt Scriphio cuidam in jurgio respondisse. Idem 4. Tusc. Ira, cuius impulsu existit etiam inter fratres tales jurgium. Inter jurgium autem & item quid inter sit, his verbis ostendit idem in lib. 4. de Repub. Admiror nec terum solùm, sed verborum elegantiam. Si jurgant, inquit, benevolorum concertatio, non lis, sed jurgium: inimicorum lis dicitur. Et ibidem, Jurgare igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Plaut. Men. sc. 2. a. 5. Non nisi commissi, aut jurgii causa (inter virum & uxorem sup.) patrem accersit. Ibid. sc. 2. a. 1. Jurgio abegi uxorem ab Janua. Vide, in Juro, vocabulo antecedente.

Jurgiosus, a. um: Contentiosus, litigiosus. {פְּרֹאַרְנָהָס. GALL. Noiseux, esprit brouillon, querelleux. ITAL. Contentioso. GERM. Sankisch/haderisch. HISp. Renzilloso. ANGL. That braulet or chideth muche.} Gell. lib. 1. cap. 17. Mulier morosa admodum fuisse fertur, & jurgiosa. De Xantippe Socratis uxore. Et lib. 19. cap. 9. Facundia rabida & jurgiosa.

Juridicus, Jurisdictio: Vide Ins.

Juro, as: Jurejurando aliquid affirmo, vel nego: quod verbum à jure deductum putatur, quod jurare propriè sit aliquid ita sanctè promittere, ac si jus esset. {בְּרִיב, מֵצָבָה. אַגְּבָה, בְּרִיבָה. GALL. Jurer. ITAL. Giurare. GERM. Schwören. HISp. Jurar. ANGL. To swear.} Cic. ad Metel. Juravi jusjurandum verissimum. ¶ Jurare conceptis verbis, est jurare certa verborum formula, quam juraturo prætis, qui jurementum defert. Plaut. in Cistel. At ille conceptis juravit verbis apud matrem-meam, me uxorem ducturum esse. ¶ Jurare corporaliter in principum Constitutionibus dicitur de iis, qui cum ethnici essent, aras jurando tenebant: vel de iis, qui cum Christiani essent, Evangelii codicem tenebant, vel attingebant. ¶ ¶ Jurare in acta Principis. Sueton. in Tiberio. ¶ ¶ Jurare in leges alterius, id est, jurare se servaturum leges alterius. Plinius de vir. Illust. Aqua & igni interdixit ei, qui in leges suas non jurasset. ¶ Jurare in item, id est, Jumentum de calumnia præstare. Cic. pro Rose. Comædo, Quod in codicem injuratus referre noluit, id jurare in item non dubitet? Jurare in verba. Cæsar 1. bell. civ. Princeps in hæc verba jurat ipse: ad idem jusjurandum agit Afranius. ¶ Hujus composita sunt, Abjuro, Ad-

juro, Conjuro, Dejuro, Dejero, Pejero, Objuro, Prajuro, & Ejuro: quorum significata vide suis locis.

Juratus, activè accipitur pro eo qui juravit. ¶ Injuratus. {בְּרִיבָה. אַגְּבָה, אַגְּבָתָה. GALL. Qui a jure. ITAL. Che ha giurato. GERM. Geschworen/der geschworen gar/beeydiggt. HISp. El que ha jurado. ANGL. That hath sworn.} Author ad Heren. Ex eo quod ait se non posse adesse, ita ut juratus fuerat, id est, juraverat. Sic injuratus, qui non juravit, avogat. Idem in Verr. Malo ei jurato suam quæm injurato aliorum tabellas committere. Plaut. in Amphit. sc. 1. a. 1. v. 282. Nam injurato, scio, plus credet mihi, quæm jurato tibi. Idem Cœcul. sc. 1. a. 3. Quid quod juratus sum? Et sc. 4. a. 4. Quod fui juratus, feci (i. Juravi.) Et Pseud. sc. 2. a. 3. Idem in Pers. sc. 1. a. 3. v. 2. Juratus est mihi. Et Rud. sc. 3. a. 5. v. 16. Num tu juratus mihi es? L. Juratus sum, & nunc jurabo, &c. pro Num tu juravisti mihi? L. Juravi, &c. Ovid. 1. 3. Metam.

Et nunc ille eadem nobis juratus in arma.

Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Nam si ego juratus (i. qui juravi) pejorem hominem quæterem, coquum non potui, quæm hunc, quem duco, ducere. Hic tamen juratus potest exponi passivè pro adjuratu, ut Afri. sc. 1. a. 1. Jurato mihi video necesse eloqui quicquid roges. Passivè protulit Lucan. lib. 8.

— mihi per Latium jurata tenantem.

Hic nonnemo exponit activè, i. quæ juravit, ut apud Ovid.

— Idem jurata fessilit.

Idem Lucan. lib. 5. usus est verbo passivo Juror,

Et late jurantur aves bimone sinistra.

¶ Juraticus, scholasticus legis peritus. Gl. Hisid. Juramentum, i: Jusjurandum, affirmatio, vel negatio rei alicuius facta attestacione firmata, sancta & religiosa affirmatio. {שׁוֹעָבָה. שׁוֹעָבָת. GALL. Jurement, serment. ITAL. Giuramento. GERM. Ein eydschweur. HISp. El juramento. ANGL. An othe.} Senec. lib. 1. de Clem. O vocem in concionem omnium mortaliū mittendant in cujus verba Principes, Regesque juramentum faciant: hoc est, in cujus verba Reges & Principes jurent.

Jurandum, i: Jusjurandum. {שׁוֹעָבָה. שׁוֹעָבָת. GALL. Instrument, serment. ITAL. Giuramento. GERM. Ein schweur/ein eydschrem. HISp. El juramento. ANGL. An othe.} Plaut. in Cistell. Verum haud metuo ne jurandum nostrum quisquam culpit. Et paulo post, Abi quætere, uti tuo jurando satis sit subsidii.

Juratör, is. {ANGL. A swearer.} Utitur præter Senec. Mactob. lib. 1. cap. 19. Testamentum faciebat esse jurator, de quo juraret.

Juratio, is. {egerugha. ANGL. A swearing.} Macro. Saturn. lib. 1. 6. Verba jurationis concipi, nullam esse in villa sua scropham.

Jurējūrā: Jurare, jurementum præstare. {שׁוֹעָבָה. שׁוֹעָבָת. GALL. Jurer. ITAL. Giurare. GERM. Schwohren. HISp. Jurar. ANGL. To swear.} Liv. decad. 5. lib. 1. Prætores ambo in eadem verba juraverunt.

Jurulentus: vide Ius, pro liquore.

Jus, juris, neutr. gen. Liquor eorum quæ coquuntur. {פְּרָאַרְנָהָס. GALL. Broüet, potage. ITAL. Brodo. GERM. Ein brühe. HISp. caldo de la carne, à pescado. ANGL. Broth.} Plaut. Mostell. Itidem olen quasi una multa jura confundit coquus Terent. Eunuch. Quod pacto jure hesterno panem atrum vorent. Vocare pisces in jus. Varro 3. de reruſt. Si hos pisces neino coquus in jus vocare audebit. Jus conditum. Cic. 5. Tusc. Quid, viitum Lacedæmoniorum in Phiditis nonne videmus? ubi quum tyrannus cenavisset Dionysius, negavit se jure illo nigro, quod caput cœnæ erat, delectatum? Tum is, qui illa coxerat: Minime mirum, inquit, condimenta enim defuerunt.

¶ De jure nigro Laconum Plutarch. in Lyc.

Jurulēntus, a. um, quod cum jure coctum est. {קְרָאַרְנָהָס. GALL. Qui est mis en potage. ITAL. Cotto con brodo. GERM. Brähältig/in der brüh gekocht. HISp. Cosa guisada con su caldo, ANGL. That is sodden in broth.} Corn. Cell. lib. 2. cap. 10. Tum res eadem magis alit jurulenta, quam assa; magis assa, quam frixa. Vattro, Ubi pulcem, aut jurelenti quid ponebant, à capiendo catinum nominarunt. Apul. verò in Magia apologet. jussulentum, non jurulentum formavit, sic de Ennio dicens: Ostendit, qualiter quisque pisces assus, aut jussulentus optimè sapiat.

¶ Jussulentus, idem quod jurulentus.

Juscellarius, קְרָאַרְנָהָס. Gloss. id est, qui juris condiendi est peritus, nonquam à juscellum.

Juscum, sive quod usitatus est, juscum. Liquor eorum quæ coquuntur. {פְּרָאַרְנָהָס. GALL. Un boüillon, un petit broüet. ITAL. Brodetto. guazeito. GERM. Ein brühlein. HISp. El caldo. ANGL. Potage, gruell.} Cato de re rust. cap. 156. Postea inde juscum frigidum sorbere.

Jus, juris, à jussu, ut quidam volunt, deducitur. {פְּרָאַרְנָהָס. mischpát, p. tsédek, tsedek, tsedakáh, tsath. dixi, v. dixi. GALL. Droit, raison, justice. ITAL. Ragione, diritto, giustitia. GERM. Das recht oder billich. HISp. Razon, derecho. ANGL. Law, right.} Nihil enim aliud est jus, quam quod vel natura, vel civitas, aut populus, vel gens, vel consuetudo jubet. Terent. in Heaut. Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum atque æquum sciunt? ¶ Duritia juris, sive legum, æquo & bono opponitur. Hinc apud Sueton. in Claud. cap. 14. Duritiam multarum legum ex æquo & bono moderatus est. Et cap. seq. Opponuntur res cognitionis, & res juris ordinarii. Idem in Augst. cap. 56. Amicos pati jure esse voluit, quo cæteri. ¶ Publicum jus, id est, civile, apud eundem in Tiber. cap. 50. Sed & peculio concessò à patre, præbitisque annuis fraudavit per speciem publici juris, quod de his nihil Augustus testamento cavisset. Idem in Aug. cap. 32. Juris ambigi loca. ¶ Item: Jus, id est, jubendi facultas. Idem in Calig. cap. 14. Jus arbitriumque omnium rerum. Velleius, Juris sui facere legiones (id est, in potestatem redigere, & occupare.) Jus consulere. Liv. 9. det. 4. Ovid. 5. Fast.

Ius tibi dicendi (est) si qua requiris, ait.

Idem Eleg. 3. lib. 5. Trist.

Nec mihi jus civis, nec mihi nomen abest.

Gell. cap. 15. lib. 10. Jus non est id fieri. Ovid. Eleg. ult. lib. 4.

Iure sodalitii, qui mihi iunctus erat.

Plaut. Capt. sc. 2. a. 4. Ibo ad præfecturam, & jus dicam lario. Idem Cure. sc. 2. a. 5. Ambula in jus. T. Non eo. p. Licet antestari? Non licet. Idem Asia. sc. 4. a. 2. In jus te voco. L. Non eo. Idem Men. Iuris ubi dicitur dies, simul patronis dicitur. Idem Aul. sc. 5. a. 3. Si istuc jus pauperioribus dicitur, quomodo nubent divites? Ibid. sc. 6. a. 4. Si istuc jus est (id est, si licet.) Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Jus bonum oras. Et in Sticho, Jus bonus dicit. Et in Epidie. Jus dicas. In Trinum. Ius hic orat. Idem alibi, Jus bonum petis, postulas, &c. GALL. Vostre requeste est juridique, est civile, raisonnable, recevable. Idem Pseud. sc. 2. a. 5. Jus petis fateor. Cic. Philipp. 2. Jus postulas. ¶ Sui juris & arbitrii animus. Senec. cap. 8. al. 27. de consol. ad Polyb. Et Velleius, Juris sui facere legiones (id est, in potestatem redigere & occupare.) Ovid. 6. Fast.

Ius tibi fecisti numen coeleste videndi.

Idem Eleg. 2. lib. 4. Tript.

Erepti nobis jus habet illa loci.

Idem 13. Metam.

qui iura sibi silentibus illie  
Reddit.

Liv. 3. ab Urbe, Juris sui jacturam facere. Idem 4. d. 4. Jus esset (id est, potestas.) Idem 1. d. 5. Sub jus judiciumque redigit. Cic. Colere jus. Tacit. lib. 19. Exuere jus. Lucr. lib. 3. vers. 60.

cogunt transcendere fines

Iuris.

¶ Meo jure, tuo jure, suo jure. Plaut. Capt. sc. 1. a. 2. Quod antehac pro jure imperitabam meo (id est, herili) id oro nunc per precem. Hinc meo jure agere, idem est quod mea potestate, vel autoritate concedere, decidere, & remittere de jure suo, Relâcher de son bon droit. ¶ Jus suum retinere, obtinere. Quint. cap. 6. lib. 3. Aliquo juris adjutorio elabi ex crimine. Senec. ad Troad. Genus expersi iuris. Quint. cap. 2. lib. 4. Fiducia juris. Juvenal. Satyr. 8.

Qui juris nodos & legum anigmata solvat.

Plaut. Moſt. Docent litteras, iura, & leges. ¶ Summo jure agere, contendere, experiri, id est, stricto jure: vide Agere. Cœf. 1. bell. GALL. Jus extreum refinere. Quint. Jus actionis non habeo: mox, Non licet agere. Idem, Jus abdicandi habeo. Idem cap. 4. lib. 1. Verba jus, (id est, auctoritatem) ab auctoribus sumunt. Item Cicer. Perdiscere iura benevolentiae. ¶ Jus esto (i. vim atque auctoritatem legis habeat.) Idem 3. de legib. ¶ Reddere jus. Paulus IC. Rapere, deducere in jus aliquem. Jus omne suum persequiri. Plaut. Capt. sc. 1. a. 3. ¶ Jus mortalitatis, id est, conditio. Senec. cap. 1. de consol. ad Marc. ¶ De Jure augurio, pro Augurali. Gell. cap. 6. lib. 6. Jus trium liberorum. Suet. in Galba, cap. 14. ¶ Et differt à lege, quod jus generale est, lex juris species. Rursum jus ad non scripta etiam pertinet, lex tantum ad jus scriptum. ¶ Dividitur autem jus in naturale, gentium & civile. Naturale, quod est commune omni nationi, eo quod ubique instinctu naturae habetur, non aliqua constitutione facta ab homine, sed ab ipso naturae conditore: ut matis & feminæ conjunctio, libertorum successio in bonis parentum, puerorum educatio, communis omnium possessio, quia jure naturali omnia hæc omnibus nationibus sunt communia, quemadmodum & rei deposita, vel commoda restitutio, violentia per vim repulsio; quod tibi vis fieri, ut alteri facias, & econtrario. Jus gentium, quo gentes humanae utuntur, quod à naturali processione facilè intelligere licet; quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se convenit: ut scilicet Deo, religioni, patriæ & parentibus patcamus, ut vim arque injuriam propulsimus. Jus civile, quum aliquid communis juri vel additur, vel detrahitur: hoc est, quum populus sibi constituit quasi proprium jus civitatis. Hoc autem scripto constat, ut sunt leges, plebiscita, Senatus consulta, principum decreta: aut sine scripto, ut ea quæ auctoritate prudentium fiunt, quæ legum interpretationes rectius dicunt possent, quam leges. Unde qui hoc profitentur, Interpretes juris, & Jure consulti, & Jurisprudentes dicuntur. Et qui inter eos excellunt, Juris Antiquites nominantur. ¶ ¶ Jus sibi dicere in rem aliquam, privata auctoritate, nec adito auctoratu: rem pro suo jure capere, atque ut propriam usurpare non licet. ¶ In civili jure Prætorum jus continetur, quod prætores supplendi, vel corrigiendi iuris civilis gratia introduxerunt, ob publicam utilitatem. Hoc à Prætoris honore, Honorarium appellatur. ¶ Est etiam jus singulare quod contra tenorem rationis, ob aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est. ¶ Jus consuetudinis, quod in morem vetustas vulgi approbatione produxit. ¶ Jus militare, quo solo milites sunt adscripti, ut belli inferendi solennitas, sceleris faciendo ceremonia, signo dato egressio in hostes, & pugnae commissio, signo dato receptio, stipendiiorum modus, dignitatum gradus, præriorum honor, prædæ divisio pro personarum qualitatibus. ¶ Juris præcepta tria sunt, honestè vivere, alterum non laedere, jus suum cuique tribuere. In nostra etiam religione est jus divinum, in quo divina oracula comprehenduntur: & jus principum, quod principes singulis suis regnis præscripserunt. ¶ Aliquando jus ponitur pro auctoritate omnium consensu alicui concessi. i.e. Cic. pro Archia. Quare suo jure noster ille Ennius sanctos appellat Poëtas, id est, sua quadam auctoritate, & pro libertate sibi omnium consensu, ut gravissimo Poëtæ concessa. Idem pro meo jure dico, quasi confidene. Hinc sui juris esse dicuntur, qui nullius imperio sunt subjecti, auctoritatem, auctoritatem. ¶ Aliquando pro necessitudine: ut, Est mihi cum illo jus cognationis, vel amicitiae. ¶ Aliquando pro loco, in quo jus redditur, appellatione collata ab eo quod sit, in id in quo sit: quem locum definiunt, ubiunque Prætor salva maiestate imperii sui, salvoque more majorum dicere jus constituit. ¶ Jus suum obtinere non posse dicebant veteres eum, cui pervenire ad suum non licet. Cic. Hic Philodamus, postquam jus suum obtinere non potuit, ut humanitatem, consuetudinemque suam retinet, laborat. Idem in Antonium actione 4. Hoc editio non Siculi, sed isti ipsi Equites Romani, qui jus suum retinere se contra Apronium posse erant arbitrati, splendidi homines, & aliis Prætoribus gratioli,

vineti Apronio traditi sunt. ¶ ¶ Jus pro necessitudine atque cognatione. Marcius D. lib. 1. tit. 1. Nonnunquam jus etiam pro necessitudine dicimus, veluti est mihi jus cognationis, vel adfinitatis. ¶ Jus sibi dicere, magistratus auctoritatem usurpare, quorum jus di. cœ. solum inter se. ¶ Juris scrupulositas. Ulpianus D. lib. 28. tit. 3. l. 12. Licet juris scrupulositate, nimirum subtilitate testamentum ruprum videatur. ¶

Jurē, aliquando adverbialiter ponitur pro Merito. Quintil. Quis enim id non meruisse, quis non iure passum affimeret?

Jura dabunt, imperabunt. Sidonius in carmine 2.

Sic Marcus, vivente Pio, post iura daturi,

Innumerabilibus legionibus imperitabant.

Juraticus, Scholasticus legis peritus. Puto, Vmbratitius.

Jusjūndum, i. est affirmatio religiosa, ut inquit Cicero lib. 3. Offit.

Juramentum. { γένεσις schebubah. ἔργον, ἔργαμπον. GALL. Iuramen-

tum, serment. ITAL. Giuramento, sacramento. GER M. Ein eydschweur.

HISP. Juramento. ANGL. An othe. ¶ Plaut. in Pseud. sc. 2. a. 5. Qui item, ut nos, jurejurando querunt tem. Cicer. 3. Offit. Nullum enim

vinculum ad stringendam fidem jurejurando maiores arctius esse voluerunt. ¶ Scholasticorum mos à jurejurando incipiendi. Seneca.

¶ De Jurisjurandi sanctitate Romæ. Gell. cap. 18. lib. 7. Plaut. Cure.

sc. 2. a. 2. Tibi auxilium in jurejurando tulit (Jupiter.) Idem Amph.

Mane arbitratu tuo jusjurandum dabo. Cœf. lib. 1. de bell. civ. Princeps in hæc verba jurat ipse: ad idem jusjurandum adigit Afranius.

¶ Sueton. in Tib. cap. 35. Jurisjurandi gratiam facere. Idem in Cœf.

cap. 8. Jurejurando dist. ahenea controversias. Plaut. Jurejurando vincere. ¶ Jusjurandum remittere. Paul. D. lib. 12. tit. 1. l. 6. Remittit jus-

jurandum qui deferente se, cum paratus esset adversarius jurare, gra-

tiā ei facit, contentus voluntate suscepit jurisjurandi. ¶ Jusjurandum referre, est alterius jurejurando state malle, quam suo. ¶ ¶ Ju-

risjurandi militaris formula, apud Gell. cap. 4. lib. 16.

Juridictio, nis: Juris dicendi potestas. { δικαιοσύνη, δικαιοσύνη. GALL.

Iurisdiction puissance de juger. ITAL. Giurisdictione. GER M. Gewalt

oder gerechtigkeit/ recht vnd gericht zu halten. HIS P. Jurisdicion como

señorio. ANGL. Jurisdiction, power to judge. ¶ Sev. Sulpit. Ciceroni,

Postero die quum ab eo digestus esset eo consilio, ut ab Athenis

in Boeotiam irem, reliquāque jurisdictionem absolvetem. Cicer. 4.

Verr. Is venalem jurisdictionem in Sicilia habuit. Suet. in Calig. cap.

26. Iurisdictio libera sine appellatione.

Iurisconsultus, i. sive Iureconsultus: Iuris, sive legum interpres, utrumque enim dicitur: quanvis Solipater lib. 1. Iureconsultus rejiciat.

{ ηδονοφόρος. ὁ νομίζεται, οὐ πολεμάει. GAL. Iurisconsultus,

juriste, savant es loix. ITAL. Giurista, dotti in leggi. GER M. Ein

rechtskundiger/ ein rechtsgelehrter. HIS P. Letrado en la ley y por pley-

tos. ANGL. A lawyer. ¶ Cic. 2. de legib. Sed jurisconsulti, sive eirotis

objiciendi causa, quo plura & difficiliora scire videantur, sive (quod similius veri est,) ignorantiae docendi (nam non solum scire aliquid artis est, sed quædam artis etiam docendi,) sæpe quod positum est

in una cognitione, id in infinita disperintur: velut in hoc ipso ge-

nere, quam magnum illud Scævolæ faciunt Pontifices ambo, & iidem

juris peritissimi. Consultus juris, apud Horat. de Arte, Iurisconsul-

tor, pro Iurisconsultus. Author Breviarii, Passerat, teste.

Iuridicūs, a, um: Quod jurisdictioni destinatum est, vel quod secundum

jus est. { ιδιαίτερος. GALL. Iuridique, appartenant au droit. ITAL. Giur-

idico, pertinent al dritto. GER M. Rechtlich / das nach dem rechten

oder gesetz ist. HIS P. Perteneiente al derecho. ANGL. That is accord-

ing, to right and reason. ¶ Hinc juridicus dies, quo titè jus dici po-

tent. Et juridica actio, quo secundum jus est. ¶ Dicitur etiam juri-

dicus, qui jus dicit. { δικαιοσύνη. GALL. Iuge. ITAL. Giudico. GER M. Ein

Richter. HIS P. Iuz. ANGL. That doeth right unto the parties upon

the thing that they strive for. ¶ Senec. in Herc. fur. Fentes Eurydi-

cem juridici sedent. Iuridici conventus dicuntur in quibus jus reddi-

tur. Plin. lib. 3. cap. 1. Iuridici conventus ei quatuor, id est, in quibus

jura redduntur.

Iuridicālis, e: Iudicialis, quod pertinet ad judicium. { δικαιοσύνης. GAL.

Appartenant à juge, ou à juger. ITAL. Ciò che à giudice, à à giudicio

s'apartiene. GER M. Das zu dem rechten gehört. HIS P. Cosa pertene-

ciente al juzio, à juez. ANGL. That belongeth to the judge or jud-

gement. ¶ Cic. 1. de Invent. Huic generi Hermagoras partes quatuor

supponit, deliberativam, demonstrativam, iuridicalem, negotialem.

Iuridicalis status, apud Quintilianum lib. 3. cap. 8.

Iuridicina appellatur à Tertulliano in lib. de Pallio: Causidicina ab

Ammiano lib. 30. Iudicina ab Apuleio lib. 7.

Iurites Dea. Gellius cap. 21. lib. 13.

Iuscūlum, vide Ius, pro liquore.

Iussūs, participium à Iubgo, & Iussūm, i. Vide Iubgo.

¶ Iustinopolis, que Egida Plinio, vulgo Capo d'Istria. V.E. Istria, sub

P. Aquileiensi. ¶

Iüstūs, à jus. Probus, sanctus, bonus, qui jus obseruat, & à jure non dis-

cedit. { πρότις τσαδικός, δίκαιος. GALL. Iuste. ITAL. Giusto. GER M.

Gerecht. HIS P. Cosa justa è qual. ANGL. Just, upright. ¶ Cic. t.

Offic. Iustus homo, si que quem bonum virum dicimus. Idem pro Se-

silio, Aristides, qui unus omnium justissimus fuisse traditur. Ovid. 13.

Metamorph.

Afficiunt oculis superi mortalia iustis.

Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. Non iusta caussa est, ut vos servem. Idem pro-

log. Amph. Aequi & iusti eritis omnes arbitrii. Ibidem, Iustus ab iustis petere, inscitia est,

Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Tript.

— ubi incubuit justo mens agra dolori.

Velleius, Iustus legibus, & æquis conditionibus bellum componere.

Idem, Mitissimo, ac justissimo lenior (Sylla) ante victoriam, post au-

dito crudelior (id est, clementissimo.) Idem, Iustissimo animo con-

ditiones pacis Cœsar postulabat, æquo animo Pompeius recipiebat.

¶ Interdum ponitur pro satis magno & mediocri, quum & jus ipsum

medioeritas quædam sit. Unde iustum magnitudinem alicujus rei di-

cimus, quum nec debitæ minor est, nec modum excedit. Iustum

opus, satis magnum, non exiguum. Plin. in prefat. lib. 8. Operæ iusta

temporum nostrorum historiam orsi. Sic justum præsum, justum exercitum, historici dicunt magnum, & non contemendum. Sic etiam Asconius, justas iniurias, pro magnas apud Ciceronem exposuit. *Liv. lib. 6. ab Vrb.* Justa cæde conficere hostem (id est, magna.) *Cæs. lib. 1. de bell. civ.* Justum iter conficere (id est, magnum.) *Suet. in Neron. cap. 51.* Justa statuta esse (id est mediocri.) Item, Iusta libertas, dicitur Suet. in *August. cap. 40.* quæ vulgo dicitur major IC. ¶ Interdum pro vero, *νόμος.* Unde apud Iureconsultos, qui filium adoptat, interrogatur an velit eum, quem adoptat, justum sibi filium esse, id est, verum filium. Iustus dominus, pro vero, cui contrarius est Alienus. *Cic. lib. 1. Offic.* Quare L. Sylla, & C. Cæsaris pecuniarum translatio à justis dominis ad alienos, non debet liberlis videri. Iusta hereditas, inquit Hotomanus, ea propriæ dicitur quæ jure legitimo, id est, agnato proximo obvenit. Sic Iusta uxori. *Suet. in Calig. cap. 24.* Item, Iusti liberi: quibus opponuntur illegitimi, & ex pellice nati. Varro latius accepit 2. de re rust. pro ea quæ jure, & quovis modo alicui obvenit. ¶ Est præterea Iusta aetas, cui aetas pupilli opponitur. Et rursus, Iusta aetas, pro cuiusque questionis ratione, ea quam leges in ea causa exquirunt, veluti in nuptiis xij. aut xiiij. annorum. Iusta possessio, quæ possesso bona fidei dicitur. Iavolenus, Iusta materfamilias, & Pellec contraria. *Liv. 9. bell. Maced.* Nam et si minor ætate quam Perseus esset, hunc tamen justa matrefamilias, illum pellice ortum esse. ¶ A Iustus deducitur Injustus, qui contra ius facit, & qui iustum magnitudinem excedit, *αδικος.* *Cic. 6. Tusc. quest.* Vir maleficus naturæ, & iniustus. *Virg. 3. Georg.*

*Injusto sub fasce viam dum carpit.*  
¶ Iusti dies qui fuerint apud veteres, apertissimè docet Gell. lib. 20. cap. 1. his verbis, Confessi itaque æris, ac debiri iudicatis triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa, quam dissolverent. Eosque dies Decemviri iustos appellaverunt: velut quoddam iustitium, id est, iuris inter eos quasi interstitutionem quandam & cessationem, quibus diebus nihil cum his agi iure posset. ¶ Dicebantur præterea in bellis suscipiendis dies iusti numero tres & triginta, ab eo scilicet die, quo repetitæ erant per Feciale: quibus elapsis, nisi redditæ res essent, hasta in fines hostium coniecta, bellum indicebatur. *Liv. lib. 1. ab Vrbe.* ¶ Iusta statura, quæ quadrata dicitur à Colum. lib. 7. inter proceram & exiguum, & à Plauto in *Afin.* Commoda statura. ¶ Iustæ, adverb. Rectè, legitimè, iure. ¶ *δικαιασ.* *GALL. Injustement.* *ITAL. Giustamente.* *GERM. Gerechtlich, billiglich.* *HISP. Iustamente, o igualmente.* *ANGL. Injustie, uprightie.* ¶ Brutus Cic. At hoc ipsum, inquiet, iniquè facitis, imò iustissimè. Declam. in *Salust.* Id vos si forte offendimini, iusti huic, quam mihi succensere debetis. Iuste & legitimè imperare. *Cic. lib. 2. Offic.*

Iustō, ablatus, pro adverbio: ut, Longius iusto, id est, longius quam par est. *Quint. lib. 9. cap. 4.* Membrum longius iusto, tardum: brevius, instabile. *Velleius, Iusto ferocior Marcellus.*

Iusta, Exequiae, sive parentalia, & sacrificia, quæ Diis Manibus siebant, quæque mortuis impenduntur, ita dicta, quod iure fierent his, qui de nobis viventes bene meriti fuerant. ¶ *εργαζομένη, τοποθέτησα, πλούσια.* *GALL. Les obseques, funerailles, sacrifices & ceremonies qu'on faisoit aux trépassés.* *ITAL. Esseque, pompe funerali.* *GERM. Bestattung der Todten/ seelgrädt oder opferring für diesselben.* *HISP. Las exequias de los muertos.* *ANGL. Funeralles, sacrifices and ceremonies for the dead.* ¶ Iusta facere. Plaut. *Cistell.* Ille uxori iusta fecit. *Salust. in Jugurth.* More regio iusta magnificè fecerant. Ovid.

Hanc quia iusta ferunt, dixerat Ferialia lucem.

*Cicer. 2. de Legibus.* Non solum vita cruciati, atque dedecore, verum & sepultura, & iustis exequiarum caruerunt. ¶ Iusta solvere paterno funeri. Idem pro Rose. Amer. ¶ Iusta funerum reiucere ad interpretes religionum. Idem 2. de leg. ¶ Iusta peragere. *Plin. cap. ult. lib. 2.* ¶ Iusta præstare sorori. *Senec. cap. 17. al. 36. de consol. ad Polyb.* ¶ Iustis exequiarum carere. *Cicer. 2. de legib.* Ovid. *Eleg. ult. lib. 4. Trist.* ¶ Iusta, pro constitutis, quæ necessariò præstari debent. *Colum. lib. 11. cap. 1.* Item vinearum fossio iisdem locis peragenda, arbustorumque sive putatio, sive alligatio sumenda est, quorum iusta certa esse non possunt. ¶ Ad iusta perducere, id est, ad iustum laborem. *Col. lib. 6. cap. 14.* Iusta reddere, opus debitum & consuetum perficere. Idem lib. 1. cap. 8. *Cic. Offic. 1.* Est autem infima conditio & fortuna servorum, quibus non malè præcipiunt, qui ita iubent uti ut mercenariis ad operam exigendam, & iusta præbenda.

Iustitia, ut inquit Cicer. 5. de finib. est habitus animi, coiuncti utilitate servata, suum cuique tribuens, atque societatem conjunctionis humanæ munificè, atque æquè tuens. ¶ *τὸν τις διδεῖ, τὸν τις διδάσκει.* *GALL. Justice.* *ITAL. Giusticia.* *GERM. Gerechtigkeit.* *HISP. La justicia que y guala las partes.* *ANGL. Justice.* ¶ *Virg. 1. Æneid.*

O regina, novam cui condere Iuppiter urbem,  
Iustitiaque dedit gentes granare superbæ.

Ovid. 3. de Ponto,

Iustitia vires temperat ille suas.

¶ Iustitiam teligiosè colere. *Cic. ad Heren. 3. de finib.* ¶ Agitare Iustitiam, pro Assidue exercere. *Plin. Ut in alienis, ita in suis agitare justitiam mihi egregium videtur (id est, assidue exercere.)* ¶ De jūstitia vi ac laudibus, *Plutarch. in Arioste.* Vide in verbo *Explico*, quæ de Iustitia dissetuntur.

¶ Iustifico, ex vi originis, est iustum facio.

Iustificatio, est & actio justificantis, & passio ejus, qui justificatur. ¶ *Ιουστίσις, α. um:* qui æqua & justa agit. ¶ *Ιουστίσις μαστικ. Ιουστίσις.* *GALL. Qui fait justice.* *ITAL. Che fa giustitia.* *GERM. Der gerechtige Keit übr.* *HISP. El que haze justicia.* *ANGL. That doth iustifie and uprightie.* ¶ *Catull. Argon. Iustifica mens deorum.*

Iustitium, ii: Quasi juris statio dicitur. Est enim juris dicendi intermissio, quæ indici solet in publico luctu, & Reipublicæ insigni aliqua calamitate. ¶ *ἀναγένεια* *Plutarcho.* *GALL. Vacation, quand on cesse de plaider.* *ITAL. Vacazione da tener raggione.* *GERM. Ausschlagung oder anstellung des gerichts.* *HISP. Las vacaciones de los iuyzios.* *ANGL. A vacation or ceasing from the ministrations of justice.* ¶ *Liv. Dictator quum iustitium edixisset, omnes juniorates sacramento ade-*

git. Idem, Iustitium edicit: claudi tabernas tota urbe jubet: vetat quæcumque privatæ quicquam rei agere. Tristi justitio clausa foræ. *Lucan. lib. 6.* Dicitur & justitium remittere, justitio finem imponere. *Liv. lib. 10.* Ut Romam redditum est, justitium remissum est. *Cic. de Arusp. resp.* Hic in Conclitione ausus est dicere, Justitium edici oportere, Justitium intermitte, claudi æratum, Judicia tolli? ¶ *Justitium, (id est, cessatio) exigendi æris, xxx. dies.* *Gell. cap. 1. lib. 20.* *Suet. in Tib. cap. 52.* ¶ *in Calig. 6. 3.* *Justitii nomine usus est.* ¶ *Justitium, in pace; Inducia, in bello, & utrumque mortuis lugendis.* *Cerd. Jussum, pro deorsum.* *GALL. Ius, en bas.* Gothicum est.

Juturna, *Ιουτύρνη.* Dauni filia, & Turni Rotulorum regis soror, quam Jupiter pro erecta virginitate immortalitate donavit. *Virgil. lib. 11. Æneid.* Numicique fluminis nympham fecit. Hæc in bello fratrem adversus Æneam multum adjuvit: sed videns fratri necem instare, in Numicum fluvium se occultavit. Alii dicunt eam tem habuisse cum Latino rege: eoque palam facto, sua sponte se in Numicum precipitavisse. *Virg.*

*At procul ut dira stridorem agnovit & alas,*  
*Infelix crines seindit nocturna solutos, &c.*

¶ Est & Iuturna, fons Italiae, prope Numicum, saluberrimæ aquæ: unde ad omnia sacra Roman afferebatur aqua. Ad hunc fontem plenique Virgilium respexisse volunt.

Juvamen, vide *Iuv.*

Juvenacum, *Giuenazzo.* V.E. regni Neapolitanj, sub A Barenfi. Juvenalis, Juvenalia, Juvencus, vide *Iuvenis.*

JUVENCUS, i: Bos junior, qui jam vitulus esse desiit, nondum tamen in justam magnitudinem excrevit. ¶ *τὸν παρ. μόχθον, μέλεα.* *GALL. Un jeune bœuf, un jeune bœuf ou taureau.* *ITAL. Manzetto, giovane.* *GERM. Ein junger ochs oder stier.* *HISP. El mancebo o buey novillo.* *ANGL. A young ox.* Dictrus à juvando, ut Varroni placet, quod jam dominum in agro colendo adjuvare possit. *Col. lib. 6. cap. 2.* Nam ubi plaustro, aut aratro juvencum consuecum, ex domitis bubis valentissimum, eundemque placidissimum cum indomito jungimus qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Hic obite nota, consuecere activè dictum esse, pro consuefacere. Sociare juvencos imposito aratro. *Stat. 1. Thebaid.* *Virg. 3. Georg.*

*Seu quis Olympica miratus premia palma*

*Pascit equos, seu quis fortes ad aratra juvencos.*

Ovid. *Eleg. 6. lib. 4. Trist.*

*Scilicet & veteres fugiunt juga sapè juvenci.*

Et *Virg. 3. Georg.*

— validis terram proscinde juvencis.

Ovid. 13. *Metam.* Cornigeræ juvencæ. ¶ Propriè tamen juvencis cunctur boves, qui jam delierunt esse vituli. Varro enim lib. 2. cap. de re rust. quatuor distinguit bubuli generis ætates: quatum præmio est vitulorum, secunda juvencorum, tertia boum novellorum, quarta vetulorum. ¶ *Juvencus quoque de homine adolescentem dicitur.* Horat. 2. *Carm. Ode 8.*

*Te suis matres metuunt juvencis,*

*Te senes parcí, miseraque nuper*

*Virgines nupta.*

In quem locum annotavit Porphyron, juvencum non solum de boibus, verum etiam de hominibus adolescentibus dici: quanvis in ea significatione frequentius juvenculos dicamus, & juvenculas. Nique mihi tamen Porphyr. persuaserit, ratueris venusta in primis Horatius allegoria sit usus, ob id rectè juvencum de hominibus dici. Juvenculus, diminut. *μεγάνιος.* Catul. *ad puerum,*

*Qui flosculus es juvencolorum.*

JUVENCA, à: Vacca junior, quæ jam vitula esse desiit, nondum tamen in justam magnitudinem excrevit. ¶ *τὸν παράθ. ὀρεγάνη, μέλις.* *GAL. Genisse, ieune vache.* *ITAL. Manza, manzuela.* *GERM. Ein fühhöblin.* *HISP. Manceba o novilla.* *ANGL. A young cow.* ¶ *Virg. 3. Georg.*

*Pascitur in magna sylva formosa iuvenca.*

Ovid. lib. 13. *Metam.* Cornigeræ juvencæ. Juvencæ, à juvando: quod ea ætas maximè sit apta ad laborem tolerandum, adolescentes, integra & spectata ætate. ¶ *τὸν ναβάρ, βαχνή, τὸν τελεμ. μέλι.* *GALL. Jeune, iouvenceau.* *ITAL. Giovane.* *GERM. Jung/ein junger mann oder weibsbild.* *HISP. Mancebo o manceba en edad, ioven.* *ANGL. Yong, a young man.* ¶ Et à Jureconsultis juvencis dicuntur, qui adolescentes excesserunt ætatem, quoad incipient inter seniores numerari. Censorin. *de die natal.* Juvenes ab anno 30. ad 45. quod in re militari juvare possent. Tubero historicus apud Gell. cap. 28. lib. 10. Scivius Tullius rex prudentissimus cum illas quinque classes juniorum census faciendo gratiâ institueret, pueros esse existimavit, qui minores essent annis septemdecim: atque inde ab anno 17. quos idoneos jam esse Reip. arbitraretur, milites scripsi: cōsque ad annum 46. juniores, supràque eum seniores appellasse, &c. ¶ Senior & Junior, sive Juvenior, authore Varrone, sunt comparativi gradus per diminutionem, ut testatur Scivius in *Virg. lib. 5. Æneid.*

*Tum senior tales referebat pectori voces.*

Item in illud 6. *Æneid.*

*Iam senior, sed cruda Deo, viridisque senectus:*

ubi sic ait: Senior, aut pro positivo posuit Virgilius, aut (ut diximus) Senior est virens senex, ut junior, sive juvenior, intra juvenem est, secundum Varronem. Quam rem à Varrone tractatam confirmat etiam Plinius. *Virg. 5. Æneid.*

*Hoc iuvenem egregium præstanti munere donat.*

¶ Juvenes ferridi. Horat. 4. *Carm. Ode 13.*

*Possent ut iuvenes visere ferridi,*

*Multo non sine risu,*

*Dilapsam in cineres facem.*

Plin. lib. 7. cap. 36. Cornelia enim juvenis est, & parere adhuc potest. Juvenis pro filio, bis lib. *Institut. Orat.* & declamat. 7. Juvenem meum alius occidit. ¶ Hinc formatur comparativum Junior. Nam quod apud Col. lib. 9. cap. 11. legitur, Juveniori examini, arbitrari liberiorum culpa accidisse: præsertim quum in venerandæ cujusdam fidei exemplaribus legatur juniori. Horat. 2. *Epist. 1.*

Qui



leonem appellant. Ixias autem dicitur Ἰξίας, hoc est, à visco, quod quibusdam in locis circa radicem ejus invenitur, quo pro mastice utuntur mulieres. Hujus duæ sunt species, candido, & nigro colore distinctæ. Vide Plin. lib. 22. cap. 18.

¶ Ixias, vaticæ, quum in cruribus sanguis dilatatur. Rh. ¶

Ixibatæ, vide Iazabata, & Iapamata. ¶

¶ Ixion, avis genus. Voc. Eccl. ¶

Ixiōn, Ιξίων. Ein König in Thessalia gewesen / welchen Jupiter zur hellen verdampt hatt / das er sitzt an einem rad vmbgetrieben würde. Filius fuit Phlegiae (alii tamen Aetionis, alii Iovis filium faciunt) qui principio uxorem duxit Diam filiam Dionei, seu Eionei : qui cum multa pro compensatione dotis pollicitus esset, & ob id pater sponsæ ad eum venisset, ut munus reciparet, Ixion facta scrobe, eaque lignis & stramentis intecta, patrem sponsæ ea fraude peremit : à qua cæde quum neque homines, neque dii cum lustrare vellent, diuque incertus vagaretur, Jupiter illius misertus, in cælum assumptum expiavit. Quumque jam purgatus apud superos deget, Junonem amare cœpit, eamque de stupro interpellavit. Quod quum Jupiter intellexisset, nubem illi sub Junonis effigie opposuit, ex qua ille Centauros genuit. Dejectus deinde in terram, quum passim gloriaretur, se cum deorum regina rem habuisse, Jupiter indignatus, fulmine ad inferos Ixionem decessit, curavitque ut ibi rotæ volubili alligatus, perpetuò volaretur : unde Ovid.

*Volvitur Ixion, & se sequiturque fugitque.*

Ixionides, Patronymicum.

Ixōn, Ιξίων. Græci appellant viscum, quo aves capiuntur : unde & chamaeleonem herbam ixiam vocavere, quod quibusdam in locis ad radicem ejus viscum inveniatur, quo mulieres vice mastiches utuntur.

Lynx, ιγνις, ιον. Avis quæ Verticilla, à colli versura vocatur. Hæc paucum major est, quam fringilla, colore vario : linguam serpentibus similem habet, quam longitudine quatuor digitorum exserit, rufumque contrahit intra rostrum : collum circumagit in adversum, reliquo quiescente corpore, unde Torquilla à quibusdam est appellata. Sunt qui & turbinem vocant, putantque avem esse amatoris medicamentis infamem. Frequens avis hujus mentio est apud Theocritum in *Pharmaceutria*.

I Z

Izelus, ιζέλος. Castellum Siciliæ. Steph.

¶ Izōne, vestis saryrica. Scal. ¶

## NOTÆ ANTIQUORUM.

I Interdum in, inter, intra, unum, Junius, Julius, significat.  
IA.P. intra provinciam. I.AGL. in angulo. JAD. jamdudum, jamdiu.  
IA.SD. jam fatisdandum. IA.RI. jam respondi. I.AQ. io aquam. JAN.



LITERA Græcorum est, non Latinorum, quam ipsi κρῆτης nominant. Ea Latini non utuntur, nisi in Kalendis, quam tamen vocem non incommodè per C, scribimus. Nā & Priscianus testis est, K apud Latinos esse supervacuum : & Quintilianus non obscurè innuit loco ejus nos habere literam C, quæ ad omnes vocales vim suam perforat.

K, & Θ, noræ vestium, illud funestrum, hæc fulguratum. Puræ verò vestes, quæ his carebant. Cerd.

K, litera decima Græcorum, mutata à Latinis in C. Hæc litera inusta fronti illorum, qui calunnia damnati. Lips.

K.K.K. Cappa tria pessima, Cappadociæ, Cretæ, Cilices. ¶

K A

¶ Kabbala, vide Cabballa.

Kære Cæsar amicos. Gl. Isid. lege, kære Cæsar, ave Cæsar. ¶ καὶ τὸν καῖσαν. Kai cancelli. Kai cancellæ, Gloss. Isid. Scal. Auson. lect. lib. 2. cap. 22. ad illud,

Desertus vacuis solisque exerceor aris,  
annotat: Aræ sunt margines, seu crepidines prominentes earum molium, quibus flumina, ut loquitur Lucretius, opplicantur. Vulgo Franci Kaios vocant. Videtur vox esse à quies. Litus est, ubi quiescit unda, ut scil. longius excurrat.

Kalare, vocare, καλέσθαι: unde Kalenda. Varro lib. 5. de L. L. Primi dies mensium nominati Kalendæ, quod iis diebus kalentur ejus mensis Nonæ à Pontificibus, quintanae an septimanæ sint futuræ in curia Kalabra, sic: Dies te quinque kalo Iuno covella, septem dies te kalo Iuno covella. In sacris Tusculanis: Vinum novum ne vehatur in urbem antequam vinalia kalentur: nec vinalia sine vino expediri, nec curia Kalabra sine kalatione potest aperiri. Varro lib. 5. Analog.

¶ Kalendæ, vide Calenda.

Kalones, servi militum. Item caligæ militum. Gl. Isid. alias Galea.

Kitolus, nomen proprium.

Katthago, urbs Africæ, condita à Didone post bellum Troianum.

Kattulum, quo mortui effteruntur, & Katulum, Legæ Capulum in quo

mortui effteruntur.

## KA, KE, &c.

Ianuarius.

I.B. in brevi.

I.C. juxta catulum, intra circulum, Iulius Cæsar, Iutis consultus. I.C. E.V. justa causa esse videtur. I.CL. intra clivum.

ID. judex, idus, judicatum. I.D. inferis Diis, juri dicundo, in dominio. I.D.C. juris dicendi causa. ID. ID. judicium judicandum. ID.E. idem est. ID.D. judicium dabo. I.D.P. juri dicundo præfuit. I.D.T. SP. in diem tertium, sive perendinum. ID.S. judicatum solui. ID.Q. idem que.

I.E. in eum, iudex esto, in ære, interest.

I.F. Iulii filius, in foro, interfuit. I.F.B. in foro boario. I.F.C.A. in foro Cæsaris Augusti. I.F.HA. in foro Hadriani. I.F.IU. in foro Iulii. I.F.L. in foro Livii. I.F. FLAM. in foro Flaminii. I.F. N. in foro Nervæ.

I.FOR. CÆS.A. in foro Cæsaris Augusti. I.FOR. FLAM. in foro Flaminii. I.FO.P. in foro Pacis, Palladis. I.FO.POP. in foro Popillii, Populi. I.FO.P.R. in foro pro rostris, in foro Populi Romani. I.FO.TR. in foro Trajani.

I.H. justus homo. IHS XPS. Iesus Christus.

III.VIR. R.P.C. Triumviri Reipublicæ constituenda. I.I. iuriurandum.

I. L. iure legis, in loco, iusta lex, intra limitem. I. L.A. in loco absens. I.L. D. in loco divino, in ipso domus. I. L. P. in loco publico. I. E. PR. in loco præsenti. I. L. R. in loco religioso. I. L. S. in loco sacro.

I.M. Iovi maximo. I.M. CIT. in media civitate. IMP. vel IMPR. Imperator. IMPR. Imperatores. IMP. AU. Imperator Augustus. IMP. CS. AU. Imperator Cæsar Augustus. IMPL. Imperiale, Imperialis. I.M. IST. B. ABSCD. in memoria iusti sunt bona abscondita: vel, in monumento isto sunt bona abscondita.

J.N.R. J. Jesus Nazarenus Rex Iudeorum. IN. intercismum. IN. A.P. in agro pedes. IN. AG. P. XX. in agro pedes viginti. I. N. E. E. iustum non esse. INT. vel INC. incipiunt. INTS. introéentes. IN. HC. MM. S. P. S. F. in hoc monumento sunt pecuniae sine fine. IN. B. M. in bona memoriâ. INT. S. AR. E. M. S. intus, sub arâ est memoria sacra. IN. L. ADMRBL. invenies locum admirabilem. IN. M. I. ST. D. AUGL. in memoriâ istâ sunt divitiae Augusti. IN. H. MM. S. P. S. in hoc monumento sunt pecuniae sacrae. IN. FR. P. in fronte pedes. IN. FU. vel IN. FO. in fundo, vel in foro. INR. AR. intra aram. IN. DE. D. intercismum denotabat diem. IN. FR. P. XX. in fronte pedes viginti.

I.O. M. S. Iovi optimo maximo sacrum.

I. P. iusta persona.

I.R. iure rogavit.

I.S. iudicium solvi, in Senatu, iudicio Senatus, iudicatum solvi. I. S. C. in Senatus Consulto. I.S.N.R. in Senatu Romano. I.S.S. inferius scripta sunt.

I.T.C. intra tempus constitutum.

IV. quatuor, vel IIII. I. V. iustus vir. IUD. Iudicium. IUNON. & PROSER. Iunonis, & Proserpinæ. IURD. Iurisdictio. IUV. Juvenalis, juventus.

## K

### KE

K. Irzene, seu Celtzene, M. sub P. Constantinopolitano. ¶

### KH

Kh est χ, sicut ante literam χ inventam, loco ejus scribebant K', id est, K cum spiritu aspero.

### KI

Kildaria, Kildaria. V.E. Hiberniæ, sub A. Dubliniensi.

Kilkennia, id est, S. Canici fanum, Kilkenny. V.E. Hiberniæ, caput provinciæ, seu Comitatus Kilkenniensis, sub A. Dubliniensi.

Kiovia, Kiou. V.E. Volhinia, ad Borysthenem fl. sub A. Leopoliensis, divisionis Polonicae. ¶

### KU

Kupti, sunt Ægyptii Christiani. ¶

### KY

Kyrie eleison, ex pronunciatione vulgari, alioqui erit Kyrie eleison. Domine miserere. Κυριε est misereor. Greg. Magn. epist. 63. lib. 7. Kyrie eleison autem neque diximus, neque dicimus, sicut à Græcis dicitur. Quia in Græcis simul omnes dicunt. Apud nos autem à Clericis dicitur, à populo responderet, & totidem vicibus etiam Christe eleison dicitur: quod apud Græcos nullo modo dicitur.

## NOTÆ ANTIQUORUM.

K. Calendis, caput, clarissimus, cardo, castra, Cælius. KAR. Carthago. K. AP. Calendis Aprilis, KAL. IAN. AUG. Calendis Ianvarij Augusti, KARO. Carthago. KARO. C. Carthago civitas. KAR. M. cardo maximus. KAR. F. cardo finalis.

K. DD. castra dedicavit, dedicarunt.

K.FX. castra fixit. K. FEB. Calendis Februarii.

KL. Calendis, KLD. calendis. KL. SEP. calendis Septembri. KL. NOV. calendis Novembri. KL. OCT. Calendis Octobri.

KM. carissimus. KM. cardo maximus. K. MT. Cælius mortuus.

K. O. calendis Octobri. KO. Carolo.

K. P. Car. positus. K. PS. castra posuit, castra pôtis. KPR. castra peregrina.

K. Q. calenda Quintiles.

KR. chorus KR. C. chara civitas. KRM. carmen. KR. AM. N. carus amicus noster. KR. N. carus Rex noster. KS. Chaos. K. S. calendar Sextiles.

K. T. capite tonsus. K. Θ. ceraunos, thanatos: fulgoritæ, vestis, & functa inscriptio.

L

## L

**LITERA** Latinorum est, Græcorum lambda sōno & potestate respondens, una ex iis quæ à Græcis ἀμαρτίαι, hoc est, immutabiles, à Latinis liquidæ appellantur. Quo sit, ut mutam immediate subsequens in eadem syllaba, præcedentem syllabam, si brevis fuerit, reddat indifferentem. Hinc sit ut Atlas priorem syllabam habeat indifferentem, quum naturâ brevis sit. Martial.

Non aliter ridetur Atlas

cum compare multo.

Et alibi, Conturbabit Atlas.  
Virg. candem producit 8. Æneid.

At Maiam maximus Atlas.

¶ Porro L, lenis litera est. Ovid. 5. Fast.

Aspera mutata est in lenem tempore longo

Littera. (ut Lemuria, Remuria.)

Item, L succedit loco R, ut Frater, Fratellus : Caper, Capella. Terent. Scaurus de Orthograph. ¶ D, & L, consentiunt, v. g. Sella dicta est, quæ antea sedda. Idem ibidem. ¶ Nomina verbâque ab hac litera incipientia, si cum præpositione ad, vel in componantur, posterior litera præpositionis convertitur in L, ut allabor, alluo, illino, illistris, pro adlabor, adluo, inlino, inlustris.

## LA

La, sive, laa, λα Lycophroni, λα Homero. Laconia oppidum, edita in petra situm, unde & nomen habet: nam λα Græcis petra est, vel lapis. Hanc urbem quum expugnasset Castor & Pollux, Lapersæ, λαπεση, cognominati sunt. Incolæ, Lai, λαι dicuntur. Steph.

Labandria, quæ ad levandum sunt data. Rh. & Gell. lib. 16. cap. 7.

Labacum, Labach. V. E. Carniolæ, spectat ad gentem Austriacam. ||

Labarum, λαβαρος, λαβαρος Hermias vocat. Vexillum erat militare ante Imperatorem gestari solitum, auto intertextum, gemmisque intermicantibus splendidissimum: tantæ olim existimationis, ut à militari turba adoraretur. Rhodig. lib. 6. cap. 11. Hujus deinde loco Constantius crucis insigne justit pæferti. Hadt. Jun. in Nomencl. Labarum interpretatur Vexillum sacrum, quale in templis suspendi solet. { Kirchen fahne. } Meminit hujus vexilli Ambrosius in Epist. Septimius in Apolog. Sozomenus hist. Tripart. lib. 1. cap. 5. Et præter hos Cassiodorus, Rufinus, & Prudentius in Symmachum. Lips. de Cruce.

Läbäscō, vide Labo.

Labanis, Insula est in sinu Arabico, apud Plin. lib. 6. cap. 28.

Labara, λαβαρος. Cariæ oppidum, apud Stephanum.

Labathus, viri proprium, cujus crebra mentio apud Plutarchum.

Läbdā, λαδα Amphionis cuiusdam ex Bacchiadaru genere filia fuit: quæ quod clauda esset, & ob id à Bacchiadis cæteris sperneretur, Aetioni nupsit, eique puerum peperit, quem ab eventu Cypselum nominavit. Nam quum duo Corinthiis redditæ essent oracula, quibus illi monebantur fore, ut Labda filius Corinthi aliquando tyrannidem invaderet, missi sunt publico decreto decemviri, qui puerum interficerent. Verum quum fortè puer ei, qui primus eum à matre acceperat, artifissem, ille misericordia motus adduci non potuit, ut eum occideret: quapropter ille alteri tradidit, & ille rursus alii: atque ita deinceps per manus traditus infans, à decimo matri redditus est, nemine eum interficeré volente. Post hæc illi egressi, & pro foribus stantes, sese mutuò, & præcipue eum, qui prius puerum acceptat, increpabant, qui cum ex convento non occidisset. Quod quum audisset Labda, quæ intus ad fores adstebat, puerum in mensura frumentaria, quam Cypselum vocant Græci, occultavit: unde postea mater illi Cypselo nomen imposuit. Vide Herod. lib. 5.

Labdacus, λαδακος. Phœnicis filius, qui senex Thebas vocatus, ibi aliquandiu regnavit: filiumque habuit Laium, qui à patre Labdaci des vocatur. Stat. lib. 6. Theb.

nec verbera pallidui abdit

Labdaides.

Läbdäcide, λαδακide, cognominati sunt Thebani à Labdaco rege, Laii patre.

Labdacismus est, si pro uno l, duo ponantur, ut Afri faciunt, sicut colloquium, pro conloquium: vel quoties unum l exilius, duo largius profectimus: quod contrà est, nam unum longius, duo exilius proferte debemus. Isid. lib. 1. cap. 31. ||

Labdalon, λαδαλον. Promontorium Epipolæorum prope Syracusanos. Steph.

Labeates, Liburnia populi sunt, apud Plin. lib. 3. cap. 22.

Labefacio, Labefacto, vide Labes.

Labellum, vide Labrum.

Labeo Antistius, nomen Iureconsulti, à labiorum magnitudine sic dicti.

Quicunque enim magna labia habent, labones & labrones cognominantur, οὐγέλιαι, χελωνες. { Die grosselässigen haben. } Hic Labeo, (ut Gell. ait lib. 14. cap. 10.) iuris civilis disciplinam principali studio exercuit, & consulentibus de jure publicè responsitavit. Sed cæteratum quoque bonarum artium non expers fuit; & in Grammaticam arque Dialecticam, literasque antiquiores, altiorasque penetrasit: Latinorumque verborum origines, rationesque percavuit, cā-

que præcipue scientia ad enodandos juris laqueos ille utebat. Immodica libertate fuisse perhibetur, & nimia tuendi juris pertinacia, adeò ut D. Augusto jam Princeps, & Rempublicam obtinente, tatum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod justum sanctumque esse in Romanis antiquitatibus legisset. Quare quum à muliere quadam Tribuni adversus eum aditi, Gellianum ad eum misserent, ut veniret, & mulieri responderet, jussit eum qui missus erat redire, & Tribunis dicere, jus eos non habere, neque se, neque alium quenquam vocandi, quum moribus majorum Tribuni plebis prehensionem haberent, vocationem non haberent: posse igitur eos venire, & prehendise jubere, sed vocandi absentem jus non habere. Vide plura de hoc apud Gell. lib. 13. cap. 10. & 12.

Läbërlüs, Poëta mimographus, à Cæsare annulo equestri donatus, cuius meminit Macrob. Saturn. lib. 2. & Gell. lib. 11. cap. 9. Senec. lib. 17. declam.

LABES, is, fœm. gen. Ruina, lapsus: à labendo, vel potius à λαβειν. { το μυμ, τανδου tumeāb. ταλαρι, φραζ, λαμ. GALL. Tache, macule, souillure, ruine. ITAL. Rovina, macchia. GERM. Ein fahl oder schad. Item. Ein maßen oder fleck. HISP. Manzilla, d' caymiento. ANGL. A soiling, a spot, a blemish. } Virg. 2. Æneid.

Hinc mihi prima mali labes.

¶ Est quoque labes violenta quædam illuvies aquæ: aut tempestatis grandinisve ruina: aut quum terra in altissimum hiatum aperitur. Cicero. 1. de divin. Delata etiam ad Senatum labes agri Piveratis, quum ad infinitam altitudinem terra desedisset. Labes atque eluvies civitatis. Idem pro domo sua. Labes atque pernicies provinciæ. Idem 2. Verrin. Quanta pernix pestis veniet? quanta labes latido? Plaut. Capt. sc. 2. a. 4. ¶ Labes item accipitur pro macula, qualis fieri solet aut oleo, aut simili liquore in vestem delapso. ανδισ, ανισ. ¶ Frequentius tamen per translationem pro quovis animi vitio faciōre accipitur. Cicero. pro domo sua. Hanc labem turpidinis, & inconstantia poterit pop. Rom. dignitas sustinere? Ovid. in Epist. Deianira.

Lataque sit vita labo novacula tua.

Parva quidem periiit, sed sine labo domus,

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist.

decem lustris sine labo peractis.

Idem Eleg. 8. lib. 4. Trist. Labes terræ. Livius 2. d. 5. Metonymice, pro homine impuro, & scelesto. Plaut. Persa, Impure, in honeste, inuste, illex, labes populi. ¶ Labem patrimonii facere, patrimonium labefactare ac perdere, patrimonio excidere. ¶

Läbëcula, diminutivum. { βότος λατελα, κηλιδιον. GALL. Petite tache, ou souillure, ou ruine. ITAL. Picciola macchia, picciola rovina. GERM. Ein mässlein. HISP. Pequeña manzilla, d' caymiento. ANGL. A little spot, or blemish. } Cicer. in Vatin. Sed quum Annium tantopere laudes, & clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergas, &c.

Läbëfacio, is: Rumpo, fraudo, perdo, mobile & instabile reddo, destruo, { ιππιλ hippil, ωνα nathas, γνα nathats, τριχοπη hischchith. νανεκτινα, λαμάνιομη. GALL. Rompre & gaster, perdre & corrompre. ITAL. Desfruggere, rovinare, crollare. GERM. Verderben / scherechen / schenden / waggeln machen. HISP. Hacer caer à otro, destruir, quebrar. ANGL. To break, to make feble. } Terent. in Adelph. Omnes dentes labefecit mihi. Ovid. 2. Fast.

Catera ne simili caderent labefacta ruina.

¶ Aliquando pro deterrire, & à constantia abducere. Cic. pro Sestio. Quem nulla unquam vis, nullæ minæ, nulla invidia labefecit. ¶ Labefactare fidem suam dicitur debitor, quum male solvendo, efficie ne quis ei quipiam velit credere. Sueton. Rediit sanè nihilo opulentior, ut qui propè labefacta fide omnia prædia fratri obligaret. ¶ Aliquando pro Enervare, frangere, debilitare, resolvere. Lucret.

usque adeò Veneris compagibus harent

Membra voluptatibus dum vi labefacta liquefiant.

Läbëfactio, is: Debilitatio. { πλεπ mappalach, τριχοπη chaluschah. η λαδη, η λαμη, η βλαδη. GALL. Ruine, ébranlement, secoussé. ITAL. Rovina, crollamento. GERM. Wagglung / erschütterung. HISP. Cayda, caymiento. ANGL. A breaking, or making weake. } Plin. lib. 33. c. 1. Tussim veterem inhibit, & dentium labefactionem.

Läbëfactus, particip. { γνα nittata, λαδη, λαγρε, λαγρε. GALL. Rompu, gaste, ébranlé. ITAL. Rotto, guastato. GERM. Verderbt / erschüttert / ond bewegt. HISP. Rompido, gastato. ANGL. Broken, made weake. } Virg. 4. Æneid.

animum labefactus amore.

Robora labefacta. Ovid. 12. Metam.

Läbëfacto, as, frequentativum. Affligo, perdo, corrumpo, concutio, convello, quatio. { ιππιλ hippil, ωνα nathas, γνα nathats, τριχοπη hischchith. λαμάνιομη, παγκρια. GALL. Gaster, rhiner, corrompre. ITAL. Rompare, guastare, corrompere. GERM. Verderben / schändent / erschütten / ond bewegen. HISP. Hacer caer à otro, destruir, gaster, corromper. ANGL. To destroye, to corrupt, to undo. } Colum. lib. 2. Igitur in opere boves arcte junctos habere convenient, quò minus colla eorum labefactentur. Cic. in Catil. Quod si legere, vel audire velitis externas maximas Resp. ab adolescentibus labefactatas, à senibus sustentatas, & restitutas reperiatis. ¶ Aliquando pro Commovere, & à proposito avertere. Idem ad Cornif. Nec vero postea destiti labefactare cum, qui summa cum tua injuria, contumeliaque Reipub.

Reipubl. provinciam absens obtinebat. Ter. Eunuch. Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum, ita me video ab ea astutè factaret.

**Labosus**, adjecit. Sic locus dicitur à labo & lapsu lubrico. Lucil. apud Varronem.

*Præterea omne iter hoc est labosum, atque lutosum.*

Hunc locum nusquam teperit revisor in omnibus Varronis operibus, sed apud Non. sic invenit : Labosus, Laboriosus, à labo, seu labor.

**Labeo**, nis, cui magna sunt labra.

**Laberna**, ferramentum latronum, vel graffatorum, vel furorum. Item latro, aut qui filios alienos seducit. Item, gladiator. Gl. Isid. ||

**Laberna**, gladiator. **Laberna**, ferramenta latronum, graffatorum, vel furum. **Laberna**, latro, aut filios alienos seduccens. Vide plagiatus manifestè vocari **Labernam**. Festus : *Laverniones fures antiqui dicebant, quod sub tutela dea Laverna essent, in cuius luco obfuso abditoque soliti furta, prædâque inter se luere : hinc & Lavernalis porta vocata est.* **Laverna** latro, aut qui filios alienos seducit. Hinc plagiarius est. Ausonius sic intellexit, cum dixit : *Nec jam post metues ubique dictum : Hic est ille Theo poëta falsus, bonorum malus carminum laverna, hoc est, plagiarius, ut loquitur Martialis.* An verò scribendum sit **laverna**, aut **laberna**, multi anxiè querunt. Lege **Laverna**, tutamentum latronum. **Laverna** enim numen & asylum talium nebulonum. Dixi alibi.

**Laberia**, Atabia oppidum, ab Ælio Gallo dirutum. Plin. lib. 6. cap. 28.

**Labicum**, *λαβίκην*, Sueton. in Cæsare : fundus in agro Labicano.

Dicitus est autemager Labicanus à Labicis vicino oppido, cuius meminit Liv. lib. 2. ab Urbe : Labicos, inquietus, peditum vi cepit. Unde & populi ipsi, Labici dicti sunt, de quibus Virg. lib. 7. Æneid.

*& picti scuta Labici.*

**Labici**, vulgo **Valmonte**. Italiae populi, qui genus suum à Glauco Minois filio traxerunt, quem Labicum appellatunt à scuto militari, iactus anfato, quod primos in Italia ostendit. Nam *λαβίκην* Græcis ansam significat, vel manubrium. Virg. lib. 7.

*Et Sacrae acies, & picti scuta Labici.*

Vide **Labicanum**.

**Labienus**, prænominé Titus, Cæsar in Gallia Legatus, rei militaris gloriâ clatus. Hic post res amplissimas sub Cæsare gestas, instanti bello civili defecit ad Pompeium, pertinacissimumque fœsi Cæsaris hostem præbuit. Victis enim Pompeianis partibus, Parthos in societatem sollicitavit, magnisque eorum copias in Asiam adduxit. Author Strab. lib. 14. ¶ Fuit præterea Titus quidam Labienus, scriptor immodeæ libertatis, qui quod in omnes nullo discrimine inveteratur, Rabies cognominatus est : factumque est opera intemorum, ut scripsa ejus publicè exuterentur. Quod quam intueretur Cassius Severus : Nunc me, inquit, vivum exuri oportet, qui ea ad verbum edidi. Labienus autem ignominiam illam tam graviter tulit, ut scriptis suis superstes esse noluerit, sed in majorum suorum monumenta se inferri jussit, vivumque ibidem includi. Fuit præterea alias Labienus, qui cum Saturnino est interfectus, de quo apud Cic. in Rabi-

riana.

**Labina**, Isid. lib. 16. 1. Labina, eo quod ambulantibus lapsus inferat :

à labo. Vetus. Dicit. Labina, terra aquosa & mobilis & labilis, in qua quis facile labitur. ¶ Est item || **Labina**, vicus inter Veronam & Cremonam duabus cladiis Romanorum notus, qui antea Bebriacus dicebatur.

**Labium**, ii, & **Labrum**, i, *ταργάτη λαβῖν*, ejusdem sunt significationis. ¶ *ταργάτη λαβῖν*. GALL. Lévres, bordure. ITAL. Labbro. GERM. Ein lässigen. HISP. El bego à labio de la boca. ANGL. A lip. ¶ Sunt enim extremitates, & opereula oris, & veluti vallum quoddam ad regendam dentium deformitatem à natura datum. Sosipater tamen distinguit, ex Verri Flacci sententia, ita ut modica sine labra, labia immodica, & inde Labeones dici. Persius in prolog.

*Nec fonte labra prolni Caballino.*

Terent. in Eunuch. Labiis demissis. Cæsar 5. bell. Gall. Capilliisque sunt promisso, atque omni parte corporis rasa, præter caput & labrum superius. Meretrices labiis dum dstant eum, majorem partem videas valvis suaviis. Plaut. Merc. sc. 1. a. 2. Ubi labra ad labella adiungit. Idem Pseud. sc. 1. a. 5. Inanis loquacitas, & verba in labris nascientia. Quintil. ¶ Admoveare labra poculis. Virg. 3. Ecloga.

*Nec dum illi labra admovei, sed condita servo.*

Labris velitari & velificari, pro verbis contendere, & altercari, & rixari. Afran. Inter ea verba jactare, & labris inter se velitari, velificari. ¶ Primoribus, seu primis labris aliquid degustare, proverbiali metaphora dicitur, pro eo quod est leviter & perfunctoriè aliquid attingere. Cic. 1. de nat. deor. Hunc censes primis, ut dicitur, labris gustasse physiologiam ? Idem 2. de Orat. Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigerunt. Quintil. primis ( ut aiunt ) labris degustat. Sen. epist. 30. In primis labris est anima senilis. ¶ Mordere labrum, *ἰδίμενον τὸ λαβῖν*, vel hodiernis temporibus vulgo dicitur, qui stomachatur, animoque angitur. Sumptum ab indignantium gestu. Aristophan. in Vespis. ¶ Labra item dicuntur rei cuiusvis extremitates : unde summi fossatum & fluviorum margines, labra appellantur. Cæsar 7. bell. Gall. Fossam pedes viginti latam directis lateribus duxit, ut ejus solum tantundem patet, quantum summa labra distabant. ¶ In vulneribus quoque extrema oræ, quæ acu junguntur, labra dicuntur. ¶ Labrum item dicitur vas amplum & patulum, in quod aqua è fonte delabitur. Plin. Epist. 101. Inter has marmoreo labro aqua exundat. Liv. 7. d. 4. Labra marmorea duo ante forniciem posita à Scipione. ¶ Est & labrum genus vasis in balneis ad lavandum aptum, quasi lavabrum, *λαβαρύν*. Cicer. Terent. Labrum si in balneo non est, fac ut sit. Ovid. 4. Fastor.

*Nec Dryadas, nec nos videamus labra Diana.*

¶ Item quodvis aliud vas amplum & patulum. Virg. 8. Æneid.

*Sicut aqua tremulum labris ubi lumen ahenis,*

*Sole repercutsum, aut radiantis imagine Luna.*

¶ Hinc labra vinaria, & olearia dicuntur, in quæ vina è lacu, oleum è cortina transferuntur. Cato, Oleum in labrum primum indito.

¶ Labrum eluacrum, apud Caton. in quo aliquid eluitur, & lavatur

quod sordidum est. ¶ **Labrum lupinarium**, in quo lupini macerantur, ut amaror eluatur. ¶ A labrum in primo significato sit, **sublabrum**, de quo *infræ*. ¶ Apud antiquos etiam labias legimus in feminino genere. Plaut. in Stich. Age tibicen, quando bibisti, refer ad labias tibias. Sic enim legit Nonius. Item apud Gell. lib. 4. cap. 10. Labias sensim primores movemus.

Labellum, & labrosus : vide paulò *infra*.

**Labo**, as : Cado, vacillo, nuto. ¶ *ταργάτη λαβᾶς, υπό μαθάδη, υπό μαθάδη*. GALL. Branler, chaneeler, vaciller. ITAL. Cadere, vacillare. GERM. Fallen / zu dem fall senken. HISP. Caer, bambanear. ANGL. To fall, to slide, to slope. ¶ Virg. lib. 2. Æneid.

*— labat ariete crebro*

*Ianua.*

Horat. 3. Carm. Ode 6.

*Delicta majorum immeritus lues  
Romana donec tempora refeceris,  
Ædésque labantes deorum.*

Virg. 12. Æneid.

*Genua labant, gelidus concrevit frigide sanguis.*

Telum labat, dixit Celsus lib. 7. cap. 5. & 6. Cuius labat, ut vulgo dicimus, illoche, ut etiam dens labat, sicut ipse loquitur cap. 12. id est, movetur. ¶ Et per translationem Labate sermone, pro incontanter & timidè loqui.

*Cur labat ambiguus spes mea mista metus.*

Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trist.

*— pars nulla est, qua labet, imperii.*

Idem Eleg. 1. lib. 2. Trist. Si qua labarent in moribus. Sueton. in Tib. cap. 33. Labantem ordinem confirmare. Idem in Cas. cap. 14. Plin. lib. 14. cap. 22. Labant animi, hoc est, deficiunt. Virg. 4. Æneid.

*Solus hic inflexit sensus, animumque labantem*

*Impulit.*

Livius 6. bell. Macedon. Labat consilium meum. Cic. ad Attic. lib. 8. Mens labat. Celsus lib. 2. cap. 7. Metaphora sumpta ab arbore, quæ multis ferri ictibus succisa tandem incipit casum ruinâque minantur. Labato & mutate sententiam. Cic. 1. Tusc. Moventur enim saepè aliquo acutè inclusò : labamus, mutamusque sententiam.

**Labâs**, is, ere, verbum inchoativum : Casum minari, & ruinæ vicinum esse. ¶ *ταργάτη λαβᾶς, υπό μαθάδη, υπό μαθάδη*. GALL. Commencer à cheoir, vaciller, chaneeler. ITAL. Minacciare rovinar, cascicare. GERM. Endenâcht sein / anfangen fallen / rollen sincken. HISP. Caer, amenazar cayda. ANGL. To beginne, to fall. ¶ Lucr. lib. 4.

*Vineatur in longo spatio tamen, atque labascit.*

Per translationem accipitur pro animo concidere, frangere, & de primitiva constantia excidere. ¶ *ταργάτη λαβᾶς, υπό μαθάδη*. Terent. Eunuch. Labascit vinctus uno verbo, quam citò ! ¶ Reperitur & labascor, deponens neutr. Vario rerum divin. lib. 7. Postquam vidit misericordia labasci mente infirmam populi. Nonius.

**Labör**, eris, lapsus, à *λαβῆν*, κατ' ἀριθμόν. Cado, tuo, corrue, dilaber. ¶ *ταργάτη λαβᾶς, υπό μαθάδη*. GALL. Choir peu à peu, desfaillir, s'écouler, passer. ITAL. Cascare, sdrucciolare, scorrere. GERM. Rollen hinsinken. HISP. Caer, deslizarse, deleznarse. ANGL. To fall, to slide, to do amiss. ¶ Cicer. de Arusp. resp. Ut aliquis lapsus de cælo cæsus hominum adest.

*Hinc nobis placidus per tempora labitur annus.*

Tibull. lib. 4.

*Inque sinum mœsta labitur imber aqua.*

Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

*Nunc ubi perfusa est Alea labente juventus.*

Idem Eleg. 12. lib. 3.

*Non qui soletur, non qui labentia tardè*

*Tempora narrando fallat, amicus adest.*

Idem Eleg. 3. lib. 3. Trist. Soluta & velut labens toga. Quintil.

*— tacito passu labentibus annis.*

Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Labantes, sive labentes malas contigere. Suet. in August. cap. 99. Labente re. Livius 4. ab Vrb. quod supra dixerat præcipiti. Item Lapsi mente, i. futili. Suet. in August. cap. 48. & Senec. epist. 36. ¶ Interdum idem est, quod in desuetudinem abire, sive exoletere. Liv. in prafat. lib. 1. Labente dejude paulatim disciplina. ¶ Aliquando errare, falli, peccare. Cic. 1. de finibus. Epicurus autem, in quibus sequitur Democritum, non ferè labitur. ¶ Labi etiam dicuntur ii, qui in lubrico figentes vestigia, in terram ruunt.

**Lâpsus**, us : Ruina, casus. ¶ *ταργάτη λαβᾶς, υπό μαθάδη*. GALL. Cheute, coulement, glissement. ITAL. Rovina, errore. GERM. Ein fall, schläpfung. HISP. Resvaladero, cayda. ANGL. A fall, a sliding. ¶ Plin. lib. 7. cap. 37. Et victor supra in fenceta lapsu scalarum exanimatus est. ¶ Per translationem accipitur pro errore, vel culpa per imprudentiam admissa. Idem lib. 5. cap. 1. Hand alio ficti proniore lapsu, quam ubi falsa rei gravis author existit. ¶ Item lapsus, iterum progressus, apud Virg. 2. Æneid.

*At gemini lapsu delubra ad summa dracones*

*Effugiant.*

¶ Lapsus rotarum, à Virg. 2. Æneid. dicuntur, quasi labiles rotæ, quibus scilicet subjectis, facilius laberetur ingens ille equus ligneus.

**Lapsus**, a, um, partic. qui cecidit. Cic. pro lege Manil. De cælo lapsus intuentor. Lapsus rebus datus princeps. Senec. cap. 17. al. 36. de consul. ad Polyb.

*Corruit sub uno crimine lapsa domus.*

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

*Lapsu sunt nimio verba profana mero.*

Idem Eleg. 5. lib. 3.

*— tacito pede lapsa vetus as.*

Idem Eleg. 6. lib. 4. Trist.

*Quò ferar, unde petam lapsu solatia rebus? ( al ias laffis. )*

Idem Eleg. 2. lib. 5. Trist.

*Et placido lapsu super sua regna ferunt, ( i. natatu. )*

Idem 6. Fast. Cæsar lib. 5. bell. Gall. Lapsus spe, pro frustratus. Plaut.

Plaut. *Cist.* cum genitivo junxit: Ita me amor (inquit) lapsum animi ludificat.  
Lapsabundus. Seneca epist. 53. Alterius fundamenta lapsabunda in mollem ac fluidam demissa humum.  
Lapsio, lapsus, ruina. { מַפְלָה mappelâh. ὑπόθυγα, πτώση. GALL. Cheute. ITAL. Rovina. GERM. Ein fall. HISP. Cayda. ANGL. A fall, à flying. } Cic. 4. Tusc. Sed hæc in bonis rebus, quod alii ad alia bona sunt aptiores, facilitas nominetur: in malis proclivitas, ut significet lapsionem: in neutrīs habeat superius nomen.

Lapsio, as, frequentativum: Lubrico, & nutanti gradu incedo. { ρίπην hechelik. ὑπόθυγα. GALL. Se couler, glisser & chanceler souvent. ITAL. Scorrere. GERM. Schwanzen/ gehen als von einer alle tritt fallen möchte. HISP. Deleznerse. ANGL. To flyde or slip often. } Virg. 2. Æneid.

— hac dicens altaria ad ipsa trementem

Traxit, & in multo lapsantem sanguine nati.

|| Lapsantem gressum firmare. Silius lib. 6. Gell. lib. 1. cap. 15. Humidis verbis & lapsantibus defluere.

|| Labidus, a, um: in quo facile est labi.  
Labilis, e, ad lapsum facilis, sive ut quid labatur, sive ut quis ibi labatur. Vet. Dicit. Labilis, e, quod citò labitur, vel in quo quis facilè labitur ||

LÄBÖR, is, à λαβεῖν, cùm enim ad operam se invitarent, dicebant, λάσωρ. Opera, defatigatio, diligentia, contentio. { τύπος ταμάλ, γέλασθη. πόνος, πόνος. GALL. Labeur, peine & travail. ITAL. Fatica. GERM. Arbeit/mühs. HISP. Trabajo con afan. ANGL. Labour, travayl, or paine. }

— Nec me labor iste gravabit.

Valla, Labo, as, primam brevem habet: labor, eris, primam longam. Hinc labor, is, & laboreo, as, prima brevi: quod an ab altero illorum derivetur, an ab utroque potius, liberum opinaturis relinquo. Vall. lib. 5. cap. 59. Cic. de senect. Nonne melius fuisset otiosam xratem, & quietam sive ullo labore, aut contentionē traducere? Labor exercet apes. Virg. 1. Æneid. Fallitur pensa trahentis ancillæ labor (cantando.) Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Langida non noster peragit labor otia (i. nos laboriosi.)

Tibull. lib. 4.

Sit labor illius, tua dum facundia major.

Idem lib. 4.

Iam labor (obsidionis) in fine est.

Ovid. 13. Metam. Duorum labori ego hominum parsimē lubens, mei te rogandi, & tui respondendi mihi. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 1. Labor pro dolore, sive morbo. Idem Curcul. sc. 1. a. 1. Valetudo decrescit, accrescit labor, i. dolor, sive morbus. Item, Decet pati, pati & quo animo, levior labos erit. Idem Capt. sc. 1. a. 2. Evenit in labore & in dolore, mors ut obrepat interim. Idem Pseud. sc. 3. a. 2. Hinc laborare, pro ægrum esse, ut laborare ex capite, ex rebus, laborare à frigore, laborare podagra, &c. Labor apud Poëtas frequenter accipitur pro periculo, calamitate, vel alio incommode. Virg. 3. Æn.

— Requies ea certa laborum.

Ovid. Epist. 9.

— Series immensa laborum.

¶ Dicitur etiam labos, sicut lepos, ardor. Plaut. Trinummo. Quanquam ibi animo labos grandis capit. Ardus labos. Valer. 6. Argon. ¶ Labor serere, πόνειν, vulgo dicebantur qui frustra laborent, quasi nihil fructus è labore reportaturi præter labore. Diogenianus.

Liboro, as: Contendo, nitor, operam do, laborem adhibeo. { τύπος ταμάλ, γέλασθη. πόνος, πόνος. GALL. Labourer, travailler, peiner, affaner. ITAL. Afaticarsi, faticare, durar fatica. GERM. Arbeiten/werken. HISP. Trabajar afanando. ANGL. To labour, to work. } Seneca, Jugiter fodiendo laborat. Ovid. 4. Fast.

Vivat (bos) & in dura sapè laboret humo.

Senec. cap. 9. de consolat. ad Helv. Quicquid extra sitim, famem & frigus concupiscitur, vitiis, non usibus laboratur. Plaut. Aul. sc. 1. a. 4. Pueris qui nare discunt, scirpea inducitur ratis, qui laborent minus, & facilius ut nent. Quintilian. Perit labor (ei) cui semper idem laborandum est. Cicero. 5. Verr. Omnes aratores serete, impendere, laborate. Idem 5. Verrina. Omnibus enim nervis mihi contendendum est, atque in hoc laborandum, ut omnes, &c. ¶ Ambitiose in re aliqualaborare. Quintil. lib. 3. cap. 11. ¶ Unde & per translationem laborare, pro malè habere sumitur: ut quum aliquem laborare quartana, πλεγματικόν, aut labore podagra dicimus. Plin. Succus ejus podagra laborantibus prodest. Laborare ex tenibus. Cic. 2. Tusc. Laborare ex dolore puerperii. Terent. in Andr. Laborare à frigore. Plin. lib. 32. cap. 12. Concrepuit digitis, laborat, cœbrò commutat status. Plaut. Mil. sc. 2. a. 2. Laborant utero puellæ. Horat. ¶ Interdum idem quod Angor, sollicitus sum. Φερνίζω. Cicer. Quinto fratri, De filii tui eruditione quod labores nihil est. Idem Decio Bruto, Senatum, populūmque Romanum de te laborare non solum salutis suæ causa, sed etiam dignitatis tuæ.

Nam simul insidiis hominum pelagique laboreo.

Ovid. Eleg. 10. lib. 1. Trist.

— Cui nunc hac cura laborat?

Idem Eleg. 1. lib. 4. Trist. Laborare de patrimonii alienis, i. solicite ea curare. Seneca. de consol. ad Polyb. c. 14. & de consol. ad Marc. Aliquando pro Arte confidere, colere, ανατίνειν, Διγνούντιν. Virg. 2. Æneid. Arte laborare vestes. Et laboratus ager dicitur, qui probè cultus est, ανατίνειν. Laborati libri, elucubrati. Martial. lib. 1. ad Sofibia-num.

Plena laborata habeas quum scrinia librit.

Emittit quare Sofibiae nihil?

Suet. in Neron. cap. 41. Scientia tantopere laborata artis à se. ¶ Non laboro de hac te: hoc est, non euro, neque anxius sum (inquit Budæus.) Cicero. pro Rosc. Amerino. Quoniam cujus consilio occisus sit, invenio: cujus manu sit percussus, non laboreo. Idem 4. Academ. Sed quia non laboreo quād valde ea, quæ dico, probaturus sis, eo minūs conturbor. ¶ Laborare te frumentaria. Cæsar 3. bell. civ. Illa

omnia perpeti parati, maximè re frumentaria laborabant. Laborare ære alieno. Suet. in August. cap. 47. ¶ Laborare in famam, pro labore de fama ac sollicitum esse. Seneca. lib. 3. de ira, Conscientiae satisfacias nil in famam laborans, sequatur vel mala, dum bene meteatis. ¶ ¶ Laborare vitiis. Livius 4. bell. Macedon. Diversisque duobus vitiis, avaritia & luxuria civitatem laborare. Laborare criminis temeritatis. Quintil. ¶ Laboratur, in magnum discrimen est ventum. Cicero. ad Lentulum, lib. 1. Laboratur vehementer, inclinata res est. Laborantes, i. periclitantes. Cæsar. lib. 1. de bell. civ. ¶ Hujus verbi composita sunt, Allaboro, & Elaboro, de quibus egimus suprà suis locis. A laboratus, fit compositum Illaboratus, illaborata, illaboratum, quod ita secernitur ab Inelaborato, quod inelaboratum dicitur, quod non satis artificio excutum est, ανεξαρτητος. Illaboratum vero, quod ex tempore & sine labore factum videtur, ανεξαρτητος. Illud vitio dari solet, hoc laudi. Quintil. de Civ. Quum interim hæc omnia, quæ vix singula quisquam intermissa cura consequi posset, fluunt illaborata.

Läböratör, comparativus, pro elaborator, hoc est, operosior. Tertullian. de virg. velandus, Tanto continentia majoris ardoris laborator.

Läbörösüs, a, um, dupli significatione dicitur. Nam & laboriosum dicitur quod multum laborat, & in quo multum laboratur. Gellius cap. 12. lib. 9. Laboriosus dicitur & qui laborat, & qui labori est. Item laboriosus homo, industrius & φιλόπονος: etiam impeditus, qui se ex molestia explicare non potest. γυναικειός, λαβορητης. GALL. Laborieux, penible. ITAL. Faticoso. GERM. Arbeitsam. HISP. Trabajoso con afan. ANGL. Painfull, full of labour. } Cic. pro Calio, Vos laboriosos existimet, quibus otiosis nec in communī quidem otio liceat esse. Laboriosus ager, in quo colendo plurimum laboratur. Cæcilius, Durum rus fugit, & laboriosum. Laboriosum opus, difficile, & quod non sine labore perficitur. Quod hic Cæcilio tribuitur, est ex Galli poëmatis, ubi legitur fugite. A Nonio citatur: à Gellio sub Calvi nomine leviter immutatur, lib. 9. cap. 12. Plaut. in Merc. Laboriosi mihi, tibi quicquam operis imperabo. Laboriosæ exercitationes. Cicer. 1. de fin. Quis nostrum exercitationem ullam corporis suscepit laboriosam, nisi ut aliquid ex ea commodi consequtatur? ¶ Hinc laboriosior, laboriosissimus.

Läbörösè. { ἐπιπόνως. GALL. Avec peine & travail. ITAL. Faticosamente, con affanno. GERM. Mit arbeit/tümlich. HISP. Trabajosamente. ANGL. Painfullie, with great labour. } Laboriosüs, laboriosissimè, adverbia: quod est cum maximo labore, ἐπιπόνως. Cicero. 1. in Verrem. Itaque semper hi diligentissimè, laboriosissimèque accusarunt. Idem pro Roscio, Jam quò quisque est ingeniosior, hoc docerit acundiüs, & laboriosüs.

Läbörifér, adjективum. Idem quod laboriosus, seu laboris patiens. { inipit. GALL. Laborieux, qui porte ou endure travail. ITAL. Saldo alla fatica. GERM. Arbeitsam/der arbeit hatt. HISP. Trabajoso, que trae labor. ANGL. Laborious, that indureth labour. } ut Hercules laborifer. Ovid. 9. & 15. Metam.

— Numenque supernum

Cade laboriferi credunt gaudere juventi.

Läböriz, arum. { ITAL. Terra di lavoro. GERM. Ein theil der landtschaff Campanie in Italien. } Campania pars illa, quæ vulgo Terra laboris dicitur, mitæ fertilitatis, stipulam tantæ crassitudinis gignens, ut ea incolæ pro ligno utantur. Dictæ autem sunt Laborizæ, à labore, eo quod ad sui cultum plurimum exigant laboris. Plin. lib. 18. cap. 11. Quantum autem universas terras campus Campanus antecedit, tantum ipsum pars ejus, quæ Laborizæ vocantur. Finiuntur Laborizæ via ab utroque latere Consulari, à Puteolis, & à Cumis Capuam ducente. Hinc laborinus campus, Idem lib. 17. cap. 4.

Labradeus Iupiter, in Catria colebatur: cujus simulacrum primus dicitur consecrasse Arsalis rex, quum Gygas adversus Candaulem Lydorum regem suppetias tulisset, inde securim, Lydorum regum gestamen, in Catriam retulisset. Securim autem Lydi labrym appellant. Unde Iovi Labradeo cognomen factum est. Vide Cæcilius lib. 6. cap. 11. Author est Plin. lib. 32. cap. 2. Ladradei Iovis delubrum fontem fuisse anguillis insignem, quæ in aures additas gestabant.

Labratum, sive Lavratum, interpretantur osculum Imperatoris. Vocantur sacri vultus, qui in hiantibus populis offerebantur, l. 1. C. publ. lat. vel consul. nunt. Labrata dicta sunt à labris adorantium, & osculantium.

¶ Labrax, acis, piscis. λάρξ, quod λάρξις, id est, avidè edat.

Labronium, λάρξας, species lati poculi. ||

LABRUM, vide Labium.

Läbällum, i. diminutivum: sicut à labro labellum. { λαβέλλα. GALL. Petite lévre. ITAL. Labretto. GERM. Ein läßtlein. HISP. El bezo. ANGL. A little lip. } Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Compara labella cum labellis. Idem ibid. sc. 3. a. 4. Tu labellum amicæ abstergas, Teneris labellis molles morfusculæ. Idem Pseud. sc. 1. a. 1. Ubi labra ad labella adjungit. Ibid. sc. 1. a. 4. Cicer. 1. de divin. At Platonii quum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est, singulari illum suavitate orationis fore. ¶ Interdum etiam pro vasculi genere ponitur, facto ad similitudinem labri, quo in balneis uti solemus ad lavandum. Plinius: Cineremque in labellis aqua addita conficunt manu, & considerare patientur. Colum. cap. 28. lib. 12.

Läbrosüs, a, um: quod extremitates habet veluti quædam labra prominentes. { λαβειδες. GALL. Lippu, qui a grosses lévres, ou gros bord. ITAL. Cosa con orlo, o con cornice. GERM. Das ein port oder läßtien hat. HISP. Cosa de grandes bezos. ANGL. That hath great lips. } Cels. lib. 7. cap. 26. Ferramentum fecit in summa parte labrolum, in ima semicirculatum.

Labrum venereum. Herba est ex genere aculeatatum, echinata ferens capitula, quibus fullones pannis vestibusque lanam inducunt, διψαχος. Dioscorides diplacum appellat, vulgus Herbariorum Virgam pastoris.

Labrys

Labrus, piscis genus, caudâ placens, ab uno Ovidio memoratum, referente Plin. lib. 32. cap. ult.

Labrusca, à labes, vel quod in labris, h.e. agrorum finibus nascatur.

Vitis agrestis, quæ & erratica dicitur. { בַּשְׁבָדָה. ἀγρεάτη-  
λός, αὐταρδ-αρεία. GALL. Vigne sauvage. ITAL. Lambrusca. GERM.  
Ein wilde weinrde. HISP. La uva de la vid sylvestre. ANGL. A wild  
de wine. } Labrusca dicta, teste Servio, quod in agrorum labris, hoc  
est, marginibus, & sepibus nascatur. Virg. in Buc.

Sylvestris raris sparit labrusca racemis.

Legitur & labruscum, neutrius generis. Idem in Culice.

Densaque virgultis avidd labrusca petuntur.

Laburnum, arbor est Alpina, dura candidaque metetia, aquas refugiens, cujus florem cubitali longitudine non attingunt apes. Author Plin. lib. 16. cap. 18.

Labunetus, filius Nictocris reginæ Babylonie, tandemque Babyloniorum tyrannus. Vide Herod. lib. 1.

LÄBYRINTHUS, λαβύρινθος. Locus multis viatum ambagibus inflexus. { GALL. Labyrinte. GERM. Irrgarten. } Quatuor autem præcipios fuisse labyrinthos docet Plin. lib. 36. cap. 13. Creticum, qui arte maximè fuit spectabilis, à Dædalo, ut putant, factus jussu Minois, qui Minotaurum illuc inclusit: cui Athenienses ex fœdere septem quotannis ex liberis suis devorandos mittebant. Ægyptium in Nomo Heracleopolite, omnium maximum & potentissimum humani ingenii opus, lapideis è Pato columnis in introitu, reliquis Syreniticis, unde exemplar sumpsit ejus quem in Creta fecit Dædalus: quem Pomponius Mela lib. 1. describit. Lemnum columnarum nitore insignem, centum enim & quinquaginta columnas habebat. Quartum Italicum, à Porsenna Hetruscorum rege sepulchri causâ exstructum. Creticus centesimam tantum portionem ejus, qui in Ægypto erat, continebat: itinerum tamen ambagibus, occurribus & recurribus multò fuit admirabilior. Si quis plura noscere cupit, Plinium adeat lib. 36. cap. 13. qui verè vesanam illam fuisse dementiam scribit, quæ fuisse gloriam impendio nulli profuturo, præterea fatigasse regni vires, quum tamen laus major artificis esset. { Labyrinthum, λαβύρινθος, olim vocabant orationem, aut rem quampiam vehementer impeditam, & inextricabilem.

Läbyrintheus, a, um: Catullus,

*Ne labyrintheis è flexibus egredientem  
Tetti frustaretur inobservabilis error.*

Labyzus, λαβύζος. Aromatis genus, ex quo myrræ commixto Persicorum regum diademata solent parati. Est autem labyzus gummi quodam myrræ non dissimile, sed longè pretiosius odoratusque. Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 18.

Lacæna, λακαινα, fœminum est à Lacon, significans mulierem ex Laconia. Virg. 2. Æneid.

*Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacana*

*Has everit opes.*

LÄC, έτις, à λάκη, γάλακτος, hinc Lactuca. Succus maternus, quo animalia nutritur, dictum à laciendo, quod admotis mammis infantes alicantur. { Vel potius à prisco recto: dicebant enim Lacte, à Græco amputatis duabus literis, γάλακτος. } תַּלְיִן chalath. γάλα. GALL. Du lait. ITAL. Latte. GERM. Milch. HISP. Leche. ANGL. Milke. } Varro lib. 2. cap. 11. Lac ovillum, caprinum, equinum, bubulum, asinum. Virg. 3. Eleg.

*— & lac subducitur agnis.*

¶ Lac, de nucibus dictum. Ovid. de Nuce,

*Lamina mollis adhuc: tenero est in lacte quod intra est.*

Idem Eleg. 15. lib. 3. Trist.

*Natus es è scopulis, nutritus latte ferino.*

¶ Jucundioris disciplinæ cibo ac lacte satiari, per metaphoram. Quint. lib. 2. cap. 4. Qain ipsis doctoribus hoc curæ esse velim, ut teneras adhuc mentes more nutricum mollius alant, & satiari velut quodam jucundioris disciplinæ cibo lacteque patientur. Lactem dicit Gell. lib. 12. cap. 1. Si ista, quam ad probandum lactem adhibebitis, serva est. Sed in editione Gryphiana legitur, ad probandum lac, &c. ¶ Lacte, gen. neut. in nomin. dixit Plaut. in Milit. sc. 2. a. 2. Tam similem quam lacte lacti est. Idem in Amph. Neque lac lacti magis est simile. Ubi etiam legitur lacte. Idem in Men. Nec aqua aquæ, nec lacte lacti, mihi crede, usquam similius. Hanc terminatiouem Sosipater lib. 1. approbat, quod omnino nullum, ut inquit ille, nomen in C mutam, aut in duas mutas CT (scribent enim veteres etiam Lact.) finiatur. Usus etiam Cato est, eodem authore Sosipatro: Et in Italia atras capras lacte album habere. ¶ Lac pressum. Virgil. in Bucol. 1.

*— & pressi copia lactis.*

Ubi poëtica circuloquutio de caseo, qui & coagulo cogitur & premitur. Sed & ipsa manu premitur, formatur atque figuratur, ne sit fistulosus (ut docet Colum.) quod ei accidit, qui laxius remissiusque in formis suis habetur. Tranquillus, Et caseum bubulum manu pressum. Columella. Illa vero notissima est ratio casei faciendi, quem dicimus manu pressum. ¶ Lac schiston, γάλα γιστός appellatur, in qua pars caseosa separata est à serosa. ¶ Lac Cyrenaicum, laserpitii succus, quod & Laser appellatur, in Cyrenaica regione primum repertum. Vide infra in dictionibut Laser, & Laserpitium. De lactis vi & natura Gell. cap. 1. lib. 12.

¶ Lacca, res quædam rubea, quæ tenuibus lignorum surculis inhæret, sapore non ingrato.

Laccarius, qui foillas, vel putoeos fodit.

Lacus, lacus, cisterna. ||

LÄCTES, plur. numeri, gen. fœm. { τὸ μικρόν. GALL. Intestines, entrailles. ANGL. The small tripes. } Dicuntur graciliora intestina per quæ labitur cibus, quæ tria sunt, tenui, jejunum, pylorus: involuunturque mesenterio, ut à spinæ contactu duro munitiora tutioraque redantur. Dictæ lactes à lacte, aut propter mollitiem, aut propter candorem pinguedinis, aut certè ab antiquo verbo Lacio, propterea quod cibum allicant. Plaut. Cure. sc. 3. a. 2. Ita cibi vacuitate venio laxis lactibus. Alias lassis lactibus. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Eadem ope-

ra alligem canem fugitivam agninis lactibus. Plinius existimat Lactes tantum in hominibus & ovibus dici, in cæteris autem animalibus Ille appellari. Ejus verba sunt lib. 11. cap. 37. Ab hoc ventriculo lactes in homine & ove, per quas labitur cibus: in cæteris, ille: à quibus capaciora intestina ad alvum, hominique flexuosis orbitibus. ¶ Quidam pro intestinis pinguis accipiunt: unde Persius Satyr. 2.

*Emeris auriculas pulmone & lactibus undis.*

¶ Cornutus putat, lactes loca in lateribus esse sub umbilico pubetinus adeò delicata, ut plagam ferre non possint. || ¶ Lactes item, insigne marium piscium, & ova fœminatum. Jun. ||

LÄCTRIUS, a, um: quod lac in se habet, sive succum lacteum. { γαλακτέ-  
δε. GALL. Laitier, qui rend du lait. ITAL. Che ha latte. GERM.  
Das milch hatt/oder milch gibt. HISP. Cosa que tiene leche. ANGL.  
That giveth milke. } Plin. lib. 26. cap. 8. Tithymallum nostri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam. Lactaria animalia, quæ la-  
ctis gratiâ pascuntur. Varr. lib. 2. de R.R. cap. 1. Dandum bubus lu-  
pinum, & lactariis medica & cythifum.

LÄCTRIUS, ii. Pistor qui cibos ex lacte conficit. γαλακτεῖς. Spartanus in Heliogab. Dulciarios, & lactarios tales habuit, ut quæcunque co-  
qui de diversis eduliis exhibuissent, vel structores, vel pomarii, illi  
modò de dulcibus, modò de lactariis exhiberent.

LÄCTRIUS, a, um: quod ex lacte est. { γαλακτεῖς. GALL. De lait. ITAL. Di-  
lacte. GERM. Das von milch ist. HISP. Cosa toda de leche. ANGL. Of  
milke. } Quandoque accipitur pro niveo, & lactis candorem referente: ut, Colla lactea. Virg. 8. Æneid.

*— tum lactea colla*

*Auro innectuntur.*

Lacteus porcus, qui lacte alitur. Martial. lib. 5. Lactea Livii ubertas. Quintil. ¶ Lacteus orbis, sive circulus, in cœlo dicitur, quem Greci γαλαξία vocant: utroque nomine à lactis candore deducto. Cic. in somn. Scipion. Erat autem is splendifissimo candore inter flamas circulus elucens, quem vos (ut à Graiis accepistis) orbem lacteum nun-  
cupatis. Plin. lib. 2. cap. 25. Omnes fermè sub ipso Septentrione, ali-  
qua ejus parte non certa, sed maximè in candida, quæ lactei circuli  
nomen accepit. Vide Macrob. in somn. Scip.

LÄCTEOLUS, a, um, diminut. ὡς γαλακτών. ut puellæ lacteolæ. Catull. 11. Camerium, Epigr. 51.

LÄCTEO, es: Lac fugo. { πανταχόν. γαλάζω. GALL. Tetter, sucer du lait de la mammelle. ITAL. Lattare. GERM. Milch säugen. HISP. Mamar la leche. ANGL. To suckle milk out of a dugge. } Varr. 2. de re rust. cap. 3. Lactentes cum matribus ne cubent. Cicer. 2. de divin. Romulus lactens fulmine iactus. Unde lactens porcus est, qui adhuc la-  
Lascivia, a, v. vilitates, petulantia, nequitia, incontinentia corporis, vel animi. סורר Sarâr. αστεργένης, λάργεια GAL. Incontinence & lascivieté, pullardise, mollesse. ITAL. Lascivia, lassuria. GERM. Mutwill/gaileit/appigkeit. HISP. Loçania obrn de retocar. ANGL. Lecherie, ro anticonneſſe, favoreſſe. { Procedit enim lascivia ab animi alacritate. { Aliquando pro joco, petulantia & procacitate usurpatur. Plin. lib. 26. cap. 1. Gravissimum ex his morbis lichenas appellavere Græco nomine: Latinæ, quoniam à mento ferè oriebatur, joculari primum lascivia / ut est procax natura multorum in alienis miseriis; mox & usurpatu vocabulo, mentagram, occupantem in multis totos utique vultus.

*At quare in nostra nimis est lascivia Musa?*

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

*Hec tibi me invisiū lascivia fecit, &c.*

ibidem. O catenarum colone, ò virgarum lascivia. Plaut. Asin. sc. 2. 1. 2. Garrulitas, argutia lascivia puerorum, Senec. cap. 16. de consol. ad Helviam. { Lascivia maledicendi, apud Quintil. lib. 9. cap. 2. pro ma-

ledicendi voluptate. Assistentes, inquit, oderint hanc maledicendi lasciviam. { In oratione quoque ludibria & exultante dicitur esse lascivia. Idem Quintil. Ne recentis hujus lasciviarum flosculis capti, voluptate quadam prava deliniantur.

Lascivibundus, adj. Plaut. Quidnam dicam Dinacium lasciviandum tam libenter currere? in Stich.

Lascivæ, lasciviter: adverb. id est, petulanter, procaciter, molliter, nequiter, liy. εἰσὶν αὐγίστη σέξτη, lasciviter dixit pro lascivæ, ut autor est Sosipater lib. 2. Instit. Grammat. lasciviterque ludunt.

Lascivio, Petulanter ago petulans sum, exulto. { סורר Sarâr. εἰσὶν αὐγίστη σέξτη, GAL. Rager, folastrer, este lascif, s'ebauer. ITAL. Gongolare. GERM. Galz oder mutwillig sein. HISP. Retocar o burlar. ANGL. To be ronton, to grove te rankely. } Ut equi indomiti solent, aut qui diu in otio fuerunt, qui aut calcitrare præter solitum, aut lusitare exultareque solent. Colun. lib. 7. Satietate verni pabuli pecus des exhilaratæ lasciviant. { Lascivire alicui. Stat. 1. Sylv.

— paulum arma nocentia Theba

Ponite: dilecto volo lascivire sodali.

Lascivire etiam arbores dicuntur, quum nimia pabuli ubertate luxuriant. Budæus.

Laser, eris, Succus laserpitij, eximij in medicamentis usus. { δέρδε σιλφία. GAL. Benjui. ITAL. Bengui. GERM. Teufelssdreck. HISP. Benju. { Plin. lib. 19. cap. 3. Ab his proximum dicitur autoritate clarissimum laserpitium, quod Græci silphion vocant, in Cyrenaica provincia repetitum, cuius succum vocant laser, magnificum in usu, medicamentisque. Col. lib. 5. cap. 10. Nos exiguum admodum laseris vino diluimus, & ita cacumina atboris summa oblinimus.

Laserculi, placentulae. Mur.

Laserpitium, ij, Virgultum herbidum, ex cujus culmo exudat succus roscidus, quem vocant laser, magnificum in medicamentis, & in Cyrenaica provincia laudatissimum σιλφία. Hinc Catullus ad Lesbiam, laserpitiferas vocat Cyrenas. Caulem laserpitij magudarim vocari autor est Galenus, quanquam non desunt, qui semen etiam eodem nomine appellant. A laserpitio Cato formavit, laserpitatus, a, um, c. 116. de re rust. Lentim quomodo setvari oporteat: laserpitium accepto diluito, permisceto lentim acetō laserpitato, & in sole ponito. Eo laserpitij pondo libram diluunt. Plaut. Psud. sc. 2. act. 3. Plin. lib. 18. cap. 30. Sunt qui lentem acetō laserpitato aspergant.

Laserpitifer, laserpitium ferens. Catull. ad Lesbiam.

Laserpitifer jacet Cyrenus.

Lases olim dicebantur, qui nunc lares. Terent. Scaut. in Orthogr.

Lasia, λασία, vulgo Andro, Insula est decem tantum passuum millibus distans à Geresto Eubœa, quæ notiore nomine Andros dicitur. Author Plin. lib. 4. cap. 14. { Est & altera ejusdem nominis insula non procul à sinu Trezenio. Plin. loco jam citato.

Lassia, mappula villos habens, mantile. Poll.

Lassicus, animal. Gefn.

Lassus, nomen est adjективum à labore, aut lapsu. Fessus, vel fatigatus, hoc est corporis, vel animi labore fractus. { סורר Sarâr. εἰσὶν αὐγίστη σέξτη, κτερπύρω χιδός, ἀπεινός. GAL. Lass, lassé. ITAL. Strazio, affaticato, lasso. GERM. Müdauf. HISP. Cansado con trabajo, fatigado. ANGL. wearie, tyred. { Plaut. in Amphitr. lassus sum hercle, è navi ut vescus sum: etiam nunc nauco. Ter in Hecyra, Etenim lassam oppido tum aiebat, eo ad eam, non admissa sum. Plaut. Psud. sc. 2. a. 2. — nam ut lassus veni de via. Me volo curare. Amore lassus. Ovid. 3. Amor. Eleg. 6.

Lassus in extremis jaceo, populisque, locisque (de agro.)

Ovid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

Quo seorsus unde petam lassis solatia rebus?

Idem Eleg. 2. lib. 5. Trist. Restitando retinendoque lassum reddiderunt. Plaut. Capt. sc. 3. a. 3.

Lassulus, i, diminutivum, Parum fatigatus. { ο σμικρός πηγαδεῖς, εἴσαι εργαζόμενος. GAL. Las, lassé. ITAL. Strazio, affaticato, lasso. GERM. Müdauf. HISP. Cansado por trabajo. ANGL. weariness. { Salust. Aliquanto stanco. GERM. Müdauf. HISP. Cansado, ò trabajado un poco. ANGL. Somorohat vocari. { Catull. de Berecynth.

Itaque ut domum Cybeles terigere lassula.

Nimio è labore somnum capiunt sine Cerere.

Lassitudo, nis, Defatigatio, languor ex labore perceptus. { סורר Sarâr. εἰσὶν αὐγίστη σέξτη. GAL. Lassitude. ITAL. Stracchezza & fiacchezza, GER. Müde. HISP. Cansancio por trabajo. ANGL. weariness. { Salust. non famem, aut sitim, neque frigus, neque lassitudinem operis. Plaut. in Capt. — illie ibi demum est locus, ubi labore lassitudo omnis exigunda ex corpore. Cic. ad Cornif. Sed nulla lassitudo impedit officium & fidem debet. Cæs. 2. bell. Gall. Cursu ac lassitudine exanimatus. Genua succidunt lassitudine, credo hercle. Plaut. Cure. sc. 3. a. 2. Cum supervacua lassitudine domum redire. Senec. cap. 12. de tranquill. Compedes: lassitudo, Plaut. Men. sc. 6. a. 5. Quanta laniis lassitudo, quanta porcinariis (veniet.) Idem Capt. sc. 2. a. 4.

Lassico, is, lassus suo, fatigot. { סורר Sarâr. εἰσὶν αὐγίστη σέξτη, εἴσαι εργαζόμενος. GAL. Se lasser, devenir las. ITAL. Divenir lasso, Stancharsi. GERM. Müde werden. HISP. Cansarse. ANGL. To waxe wearie. { Plin. lib. 10. c. 16. Non lassescere in nullo labore qui nervos ex aliis & cruribus gruis habeant. Idem lib. 14. cap. 2. Si non præpinguis soli ubertas lassitudinem sustinet.

Lasso, as, Fatigo, exercito, defatigo, labore obtuso. { סורר Sarâr. εἰσὶν αὐγίστη σέξτη, εἴσαι εργαζόμενος. GAL. Lasser. ITAL. Stancare, affaticare. GERM. Eründen/müden machen. HISP. Cansar à otro. ANGL. To wearis or tire. Ovid. 3. de Ponto.

Mitiae ille perit subita qui mergitur unda,

Quam sua qui timidi brachia lassat aquæ.

Senec. Epis. 8. 9. Cujus patrimonium Fabularius lassat.

Vrbs quoque te & legum lassat tutela tuarum.

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Hujus compositum est delasso, vehementer lasso. Plaut. in Asin. Eum etiam hominem in Senatu dare operam, aut clientibus ibi labore delassatum, noctem totam stertere.

Lassör, aris, passivum. εἰστερψια. Ovid. 1. Metam.

— in molli nec quicquam lassor arena.

Lässatus, participium. § ηγιανης τηλης. γραπτοις, κατεπενθοις. GAL. Lassé. ITAL. Fatticato. GERM. Ermüdt. HISP. Cansado. ANGL. wearid or tired. Juvenal. Satyr. 6.

Et lassata viru nondum satiata recessit.

Senec. cap....de consol. ad Helv. Lassata in me fatorum crudelitas consistat.

Lastaurus, λάσταρος, cui hirsutus τούρος, i. e. ea pars quæ inter anum & scrotum interjecta: item salax, impudicus.

Latax, λάταξ, αλαξ, nomen animalis quadrupedis amphibij, aërem, non humorem recipientis, crocodili more. Arist. hist. anim. lib. 8. §. Suidæ λαλάξ η μιγάλη στεγάρη magna gutta, stillicidium majuscum.

Lasthenia, nomen est mulieris Martineæ, quæ adeò cupida fuit discenda Philosophiæ, ut assumpto virili habitu, Platonis auditorium frequenter. Laertius.

Lasus, λάσος, primus de musica scripsit, & dithyramborum certamen protrulit primus: vixitque tempotibus Darij Persarum regis. Suidas.

Latēo, εσ, ui. à λητω. In occulto sum, me abscondo, abditus sum. § נסתר נחכְבָּה. λαυτְרָו. GAL. Se cacher, estre caché, n'estre visible connu. ITAL. Essere nascondesi, nascondersi. GERM. Verborgen sigen, HISP. Esconderse. ANGL. To lurk or lie hid. § Virg. 3. Eclog.

latet anguis in herba.

Cic. 3. Verrin. Nullæ sunt occultiores insidiæ quam haec quæ latent in simulatione officij. Horat. 1. Epist.

Vianus, armis

Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.

¶ Et quoniam ea quæ in occulto sunt ferè ignoramus, factum est ut latete accipitur pro incognitum esse, vel ignorari. ¶ Et in hac significatione plerumque accusativum habet. Virg. 2. Aeneid.

Nec latuere doli fratrem Iunonis & ira.

¶ Sic dicimus, haec res latet me: hoc est, me fugit, præterit. Latet plerosque, id est, in occulto est plerisque, vel plerique ignorant. Plin. lib. 1. cap. 20. Latet plerosque magna cæli affectatione compertum à principibus doctrinæ viris supernotum trium syderum ignes esse. ¶ Aliquando etiam in hac significatione cum dativo legitur. Lucan. lib. 10.

Tu mini causa lates.

§ Latere sub, & inter. Liv. 4. bell. Maced. Sub umbra Romanæ amicitiae latebat. Plaut. Trinum. Satin' inter labra atque dentes latuit vir minimi pretij. Idem Mostell. sc. 1. act. 1. Exi è culina nidor, quid lates? Et Pseud. sc. 2. act. 1. Ubi sunt? ubi latent? qui amant à lenone. Velleius. Virtute eminent: patriæ latet. Ovid. 13. Metamorph.

Post clypeumque late, & tecum contendere sub illo.

Idem Eleg. 4. lib. 3. Trist.

Crede mihi, bene qui latuit, benè vixit: &c.

Idem Eleg. 3. lib. 4. Trist. Latet virtus in bonis rebus: in malis appetet.

Quæ latet, inque bona cessat non cognita rebus,

Apparet virtus, arguiturque malis.

Et Eleg. 8. lib. 1.

Gratulor ingenium non latuisse tuum.

¶ Hujus verbi composita sunt, Deliteo, de quo suprà, Obliteo, & Oblitesco, de quibus suis locis.

Latisco, cis: lateo. vide infra, locum Cicer. in latera, post latus.

Latens, entis, Ovid. 13. Metam.

Insidias prodet (nitor galeæ) manifestabitque latentes.

Lätentēr, adverb. Clâm, occulte. § κρύψολω. GAL. En cachette, secrètement, couvertement. ITAL. Nascondamente. GERM. Verborgenlich. HISP. Escondidamente. ANGL. Quietlie. § Cic. in Top. Cùm enim nihil sine causa fiat, hoc ipsum est fortunæ eventus obscura causa, quæ latenter efficitur.

Laterani, satellites latus Principis stipantes. Tertull.

Lätilō, as, Sæpe, aut ferè semper lateo. § נסתר נחכְבָּה nechbá. λαυτְרָו, ιδογά. GAL. Se cacher, ne se montrer point. ITAL. Nascondere si qua & là. GERM. Stets verborgen lig no id nriegends führin kommen. HISP. Esconderse à menudo. ANGL. To lurk or lie hid often. § Cic. pro Cluent. Extrahitur domo latitans Oppiniacus à Manilio. Horat. 3. Carm. Ode 12.

Celer alto latitantes fruticeto excipere aprum.

¶ Cato tamen latitaverunt dixit, pro frequenter tulerunt, alterum frequentandi verbum à Fero. ¶ Latitare, inquit Budus dicuntur qui ad judicium vocati frustrantur & ludificantur. Cicer. pro Quint. Ego experiri non potui: latitavit, procuratorem nullum reliquit. ¶ Latitare est, ut ait Vipian. non ut Cicero definit, turpis occultatio sui: Potest enim quis latitare non turpi de causa, veluti qui tyranii crudelitatem timet, aut vim hostium, aut domesticas seditiones. Hotoman. Ovid, Eleg. 4. lib. 3.

Latitantes versus amicos

Frotrahet.

Läticatio, nis. § נחכְבָּה machabé τηλης chebjón. γενικευψie. GAL. Cache-ment. ITAL. Nascondimento. GERM. Das innigen. HISP. Escondimiento. ANGL. Alurking. § Quint. lib. 7. cap. 3. Sonus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & similia.

Lätibrā, & latebræ, arum, locus ubi aliquid latet. § נסתר machabé. φωλίς. GAL. Cachette. ITAL. Luogo da appiattarsi, ascosagna. GERM. Ein ort in dem sich einer verborgen halt. HISP. Escondrijo lugar de esconder. ANGL. A lurking corner. § Lucan. lib. 1.

Cedendum est bellis, quorum tibi tutu latebra.

Lesbus erit.

Quintil. Et quamvis odio eversoris nostri evocatus ex latebris suis, populus subsellia non implet. Plaut. in Aul. sc. 2. a. 4. Non metuo ne quisquam inveniat, ita probè in latebris situm est. Dicuntur & latebræ pro feratum cubilibus: quanquam nonnulli ita distinguunt, ut latebræ hominibus dicantur: latibula de feris. Sed non semper observatur. Nam & latebræ passim apud receptæ autoritatis scriptores pro feratum lustris iaveniuntur accipi. Liv. lib. 46. Inter vepres, & latebras ferarum noctem usqam delituit. Plin. lib. 10.

cap. 19. Oenanthe quidem etiam statos latebræ dies habet. ¶ Ponitur interdum latebra pro excusatione, & prætextu, πρόχειρη. Cic. 3. Offir. Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem, quæ infidelis data sit, viderint, ne queratur latebra perjurio. ¶ Latebra scribendi, σταυροφανεῖα, scriptura occulta. Gell. lib. 17. cap. 9. Quænam verò litera, pro qua subderetur, antè iis ( sicut dixit) complacebat, qui hanc scribendi latebram parabant. Ibid. furtivum scriptum & literas secretiores vocat. Rurlus, Profunda quædam & inopinabilis latebra.

Lætebitcölä, æ, latebras incolens. § φωλητή. GAL. Qui se tient & demeure en cachette. ITAL. Chi si occulta in luoci nascoſti. GERM. Der in einem verborgnen ort sich enthebt. HISP. Morador en escondrijos. ANGL. That remaineth in a lurking place. § Plaut. Trinumo, Latebricolarum hominum corruptor.

Lætebrosüs, a, um, ut latebrosus locus, in quo frequenter latebra sunt, obscurus, tenebricosus. § נסתר aphél. φωλίς. GAL. Plein de cachettes. ITAL. Dove sono molti luoghi da appiattarsi. GERM. Ein ort vol heimlicher schläppen/oder verbogner woonunzen. HISP. Cosa llena de escondrijos. ANGL. Dark and full of lurking corners. § Plaut. in Baech. Nam huic ætati non conductit mulier latebrosus locus. Latebrosus locus ad equites tegendos. Liv. 1. bell. Pur. Colles latebroſi, Silius lib. 5. Flumina latebrosa, Virg. 8. Aeneid. Nox latebrosa, Lucan. lib. 6.

Lætebrosè, adverb. Occultè, clam. § κρύψολω GAL. En cachette. ITAL. Nascondamente. GERM. Verborgenlich/heimlich. HISP. Escondidamente. ANGL. Secretlie. § Plaut. Trinum. — pater adsum, Impera quid vis, neque tibi ero in mora: neque latebrosè me abs tuo conspectu occultabo.

Lätibulum, i, In quo aliquid délitescit. § נסתר סת' machabó. φωλίς. GAL. Caverne, tâniere, cachette. ITAL. Luogo dove si nasconde. GERM. Ein hâle oder loch darinn sich ein thier verschlaufft. HISP. Escondrijo. ANGL. Alurking place. § Valla distinguit latibulum à latebra, quod latebra hominum sit, latibulum ferarum. Sed haec differentia non semper observatur. Nam quemadmodum suprà ostendimus, latebram etiam pro ferarum lustris accipi; ita etiam latibulum aliquando de iis locis dicitur, in quibus homines se occultant. Cicer. Attic. lib. 12. Ego autem volo aliquid emere latibulum perfugium doloris mei. ¶ Latibulum temeritatis, Apul. in Apol. Ibi verò Amilianus, cum te quoque acrius motum, & ex verbis rem factam videret, querere occipit ex diffidentia latibulum aliquid temeritati.

Lätibulo, as, neutrum, & latibular, aris, deponens, significat lateo, § נסתר נחכְבָּה chatbá. φωλίς. GAL. Se cacher, se müsser & tapir. ITAL. Nascondersi. GERM. Verborgen sigen. HISP. Esconderse. ANGL. To lurk, to lie hid. § Accius, Progredere, & ne quis latibuletur prospice. Antiquum. Non, latibulet, latibuletur, pro lateat: vide Laurenbergium.

LÄTER, mascul. gen. laterem, latere: & lateres in plurali integrum inventur pro terra excocta, & in lapidem durata: genitivus & dativus singulares raro leguntur. § לבנָה latenah. ωβιλός. GAL. Brique, os tuille. ITAL. Quadrello, matrone. GERM. Ein ziegelstein/oder bachenstein. HISP. Ladrillo. ANGL. A brick or tile. § Cicet. 2. de divin. Num hoc in latere, aut in cémento, ex quibus urbs effecta est, potuit valere? Colum. lib. 6. cap. 14. Itaque quum id accidit, veteri lateri later conteritur, eoque intrito, &c. Idem lib. 9. c. 6. Reliqua sunt alveorum genera duo, ut vel ex fimo singantur, vel lateribus extruantur. Valla lib. 1. Elegant. Coftiles lateres, qui cocti sunt, & non crudi. Vitruvius, Sive silix, sive cimentum, aut coctus later, sive crudus, his erit utendum. Plautus. Latere firmior. Laterum tria genera sunt: didorū, διδώρων, à longitudine duorum palmorum ita dictum. palmarum ( inquam ) majorum, quorum singuli valent palmos minores tres, hoc est, digitos duodecim: quæ mensura geminata conficit sesquipedem: quæ erat didori longitudo: latitudo autem pedis unius: Alterum tetradoron, τετράδωρος: tertium pentadoron, πεντάδωρ nominabant, à mensura quatuor & quinque palmarum Græci enim antiqui δέρπω palmum vocabant, & ideò δέρπω munera, quod manu darentur. Vide Plin. lib. 15. cap. 14. ¶ Laterem lavare, proverbio dicitur, pro operam ludere, Inde tractum, quod rubedo illa in lateribus ablui non possit. Ter. Phorm. Purgem me! laterem lavem, id est, frustra agam. Imò etiam à latere crudo lavando, quem quanto magis quis laverit, tanto amplius lutu facit. Isid. de Summo bono, l. 2. c. 13.

LÄTERCULUS, i, diminutivum, parvus later. § ωβιλός. GAL. Petite tuille. ITAL. Matoncello. GERM. Ein ziegelscherb/bâchenstein. HISP. Pequeño ladrillo. ANGL. A little brick or tile. § Plin. Cridis laterculis ad formam camini. Curtius lib. 5. scribit, laterculo coftili structos fuille muros Babylonis. Col. lib. 18. cap. 14. Sub porticibus deinde quadrata haræ cémentis, vel etiam laterculis extruantur.

LÄTERITIUS, a, um, quod est confectum ex lateribus. § ωβιλός. GAL. Fait de tuille ou de brique. ITAL. Mattonato di mattoni. GERM. Ziegelmauer ziegelstein gemacht. HISP. Cosa obrada de ladrillos. ANGL. Made of brick or tile. § Plin. Lapide duro ac silice æquo construunt, veluti lateritios patietes. Idem lib. 3. 5. cap. 14. Græci præterquam ubi è silice fieri poterat structura, patietes lateritios prætulere. Suet. in August. cap. 28. Vibem lateritiam accepit, &c.

LÄTERIUS, laterius. ωβιλός. qui lateres coquit. Non. inter vet. Grammat. Aceratum, est lutum paleis mislum, ut lateritias usus est. Plin. lib. 7. cap. 56. Laterarias domos constituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis. Sic enim legit Calepinus quom tamen omnia Plinij exemplaria, quæ quidem nobis videre contigit, huc in modum legendum ostendant: laterarias, ac domos constituerunt, &c. ut lateritias intelligamus officinas fornacésque singendas, coquendisque lateribus aptas. ¶ Laterarium, genus tigai. Vitruv. lib. 1. c. 20. Ipsi autem lateritias circa fixis continentur, regunturque tabulis maximè palmeis. Cæs. 2. bell. civ. 1. lateritium discuterem.

Lateraria, officina, ubi lateres coquuntur. vide Laterarius. Lateruncularia tabula, in quo laterunculis luditur. Senec. Epist. 118. Nemo qui ad incendium domus suæ currit, tabulam laterunculariam perspicit, ut sciat quomodo alligatus exeat calculus. Laterunculariam

trunculariam dicit laterunculariam; qui & alibi, latrunculos vocat  
laterunculos, nisi nos fallant exemplaria.

Laterculum, i., substantivum. Libri nomen est, in quo dignitatum omnium, tam militarium, quam civilium cognitio continebatur. Hic erat penes primicerium notarium. Porro duplex fuit laterculum, majus & minus. Majus laterculum dignitates civiles continebat, cuius picturam in volumine (quod descriptionem Imperialium officiorum cum Orientis, tum Occidentis cum imaginibus complectitur,) cernere est. Minus laterculum fuit, quod dignitates militares continebat. Hujus sit mentio in Cod. l. 1. de offic. quæst. ibi: Totius minoris laterculi curam. Vide Tertull. contra Valent.

Laterculensis, sunt praefecti laterculorum. D. lib. 1. in l. comp. 1. & in l. fin. C. de proximis sacrorum scriniorum, caterisque qui in sacris scriniis militans, lib. 12.

Lateralis, vide Latus. substantivum.

Lateranus, nomen proprium nobilissimi civis Romani, qui quum Consul designatus esset, jussu Neronis est interfectus. Juvenal. Satyr. 10.

egregias Lateranorum obseruit ados

Tota cohors.

Exst ad hunc diem Romæ Basilica Lateranensis D. Joanni sacra, omnium, quæ in urbe videntur, magnificentissima. Hieron. ad Marc. Quis credit mulierem nobilem & potentem in domo Laterari Consularis designari, &c.

LATERNA, x, à lateo, licet lateo habeat primam correptam, laterna vero productam. ξ νερ. inv. φαν. GAL. Lanterne. ITAL. & HISP. Lanterna. GERM. Ein latern. ANGL. A lanterne. ξ Martial. lib. 14. Epigramm. 61. & 62.

Dux laterna via clavis feror aurea flammis,

Et tuta est gremio parva lucerna meo.

Dicta laterna, quod lumen in ea inclusum lateat. Fit ex laminis cornicis, in qua candela includitur ne a vento extinguitur. Plaut. in Amph. Quod ambulas tu, qui Vulcanum inclusum in cornu geris? Idem ibid. A portu illinc nunc cum laterna huc advenit. Idem in Aul. sc. 5. a. 3. pellucet quasi laterna punicea.

Laternarius, ij, qui alteri laternam præfert. ξ λυχνοφόρος, διδύοχος, λυχνοφόρος. GAL. Qui porta la lanterne. ITAL. Che porta la lanterna. GERM. Ein laternenträger/der einem mit der laternen vorgündt. HISP. Lanternero, el que lleva la lanterna. ANGL. That beareth the lanterne. ξ Cicer. in Pis. An cum altero barbato Epicureo, cum altero Catilinæ laternario?

Lateresco, vide Latus, adjectivum.

LATEX, icis, humor qui latet. Omnis humor dicitur, ab eo quod intra aliquid lateat. ξ τηρψω μασκέτη. ρημα. GAL. Toute liqueur. ITAL. Ogni humor. GERM. Ein jede feuchtigkeit. HISP. Todo humor. ANGL. All kind of liquor, juice. ξ De aqua Virg. 4. Æneid.

Sparserat & latices simulatos fontis Averni.

De vino, Idem 1. Æneid.

Regales inter mensas, laticemque Lyatum.

Sic Ovid. Palladios latices dixit, quum oleum dicere veller. Et Lucret. Absinthij laticem. Liquoris vitigeni latex. Lucret. lib. 5.

Caruleos ventus latices durantibus Ister

Congelat.

Ovid. 4. Trist. Eleg. 10. Calidi latices. Virg. 6. Æneid. Absinthij amarum perpotare laticem. Lucr. lib. 4.

perpetot amarum

Absinthi laticem, &c.

Lathyris, λάθυρος. Herba quæ cataputia major appellatur, de qua sic Plin. lib. 27. cap. 1. Lathyris folia habet multa, lactucæ similia, renuiora, germina multa, in quibus semen cuniculis continetur, ut capparis.

Lathyrus, λάθυρος, cicercula. legumen.

Latiae munditiae. Credo legendum, lautia, munditia Carissus lib. 1. lautia, supplex. Lestus lib. 4. Item dautia qua lautia dicimus, & dantur legatis hospitijs gratia. Livius lib. 8. decad. 3. locus inde lautiaque legatis præberi jussa. Apuleius lib. 3. hospitium & loca lautia mihi præbiturum. & lib. 9. Novus dominus loca lauta prolixè præbuit. Symmachus lib. 4. epist. 56. Musis in palatio loca lautiora tu dedisti. Cerd.

Latialis, vide Latinum.

Latibulum, vide Lateo.

Laticlavianum, Latifolia, Latifundium, vide Latinum.

Latinæ, Latinus, vide Latinum.

LATINI. Italæ populi dicebantur, qui eum tractum incolebant, qui est inter ostia Tyberis & Circeios: quam Italæ patrem Latium antiquum appellabant. Hi ante Æneæ in Italiam adventum Aborigines dicti sunt, postea vero Troianis permitti uno nomine dicti sunt Latini, sive à Latio regione illa quam incolebant, sive à Latino rege, cuius filiam Laviniam Æneas duxerat uxori.

Latinus, i., substantivum, λατῖνος. Nomen regis Aboriginum. Fauni & Matricæ nymphæ filij, cuius filiam Laviniam Æneas accepit uxorem. De hoc Virg. lib. 7. Æneid.

Rex arva Latinus, & urbes

Iam senior longa placida in pace regebat.

Sylvij Posthumi filij, Ovid. 4. Fast.

Latinus, qui ex Latio, Virg. Æneid. 1. de Ænea.

Multa quoque & bello passus, dum conderet urbem,

Inserretque deos Latio, genies unde Latinum.

Latinæ feriae, erant apud Romanos. Vid. Feria: & infrà, Latina;

Latina lingua, cuius olim promiscuus usus fuit in Latio.

Latio, vide Fero.

Latito, vide Lateo.

Latiudo, vide Latus adjectivum.

LATIUM, ij, vulgo Campana di Roma. { Die landeschaft vmb Rom in Italien. } Ea pars Italæ est, teste Plin. lib. 3. c. 5. quæ est inter ostia Tyberis & Circeios, millia passuum quinqaginta in longitudinem non excedens: quod postea prolatis Imperij finibus, antiquum La-

tium est appellatum. Postea vero, teste Servio, Latij nomine dictum est, quicquid est inter Tyberim & Vulturnum annes. Totusque ille tractus dividitur in Latium citerius, & Latium ulterius. Citerius Latium à Tyberis ripa Fundos usque protenditur: ulterius à Fundis usque ad Vulturnum annem. In Latio qui mos sponsiorum fuit, & quando Latio civitas donata? Gell. cap. 3. lib. 4. Item,

Quum prior in Latio non fuit nulla foro.

Ovid. Eleg. 4. lib. 4. Trist. ¶ Dictum autem Latium putatur, quod illic latuerit Saturnus, dum Jovem fugeret. Idem lib. 1. Fast.

Dicta quoque est Latium terra latente Deo.

Virg. 8. Æneid.

— Latiumque vocari

Maluit, hu quoniam latuisset tutus in oris.

Contra Varro Latium à Latino rege dictum asserit.

Latius, a. um, quod ex Latio est. Latinus. Col. in Prefat. lib. 1. An Latianæ musæ non solos adytis suis Accium & Virgilium receperent, sed corum & proximis, & procul à secundis sacras concessere sedes? Agricola, Ovid. 1. Fast. Gens Latia, Idem 4. Fast. Lingua Latia, Idem 2. de Pont. eleg. 3. Vid. Latinus.

Latiæ, e, quod ex Latio est: ut Jupiter Latialis dictus est, quod in Latio coleretur. Virg.

Et residens celsa Latialis Iuppiter alba.

Cicero Mil. Latialis sermo, qui & Romanus, & Latinus. Plin. lib. 3. c. 1. Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia. Macrob. lib. 1. c. 1. Doctrinæ Latialis haud insciuim.

Latinus, a. um, λατῖνος, nomen deductum à Latio. Latinus, quod ex Latio. Virg. 1. Æneid.

Genus unde Latinum.

Inde Latinum sermonem dicimus eum, quo utebantur in Latio. Carmen Latinum, Horat. 1. Carm. Ode 32. ¶ Latinæ consuetudini tradere, id est, in Larinum sermonem convertere, Colum. in Prefat. lib. 12. Hæc in Æconomico Xenophontis: & deinde Cicero qui eum Latinæ consuetudini tradidit, Vertere in Latinum, hoc est, in Latinam linguam. Quint. lib. 10. cap. 5. Vertere Græca in Latinum veteres nostri oratores optimum judicabant. Cic. 1. de finib. Ita sentio, & saepe differunt Latinam linguam non modò non inopem, ut vulgo putarent; sed locupletiorem etiam esse quam Græcam. Socij Latini nominis, Livius lib. 34. Latinorum jura. Ibid. Latinis prisci. Plutar. in Romul.

Latinæ, arum; Feriae etant conceptivæ, singulis annis à magistris concipi solitæ, quibus pro communi totius Latij salute Jovi Latiali in monte Albano sacra siebant à Praefecto urbis Latinarum feriarum causa creato: populisque Latinis carnes dividebantur ex praescripto vetusti fœderis inter Romanos & Latinos i. e. Sp. Cassio, & Posthamio Cominio Coss. Cujus fœderis leges ne ullo unquam tempore intercederent, Romæ in ænea columna fuerunt incisa. Cic. pro Flane. Quibus in municipiis vix jam qui carmen Latinis petant inveniuntur. Latinarum cassa praefectus urbi relictus: Gell. cap. ult. lib. 14. Latinarum feriarum dies quartuor. Plutarch. in Camili. ¶ Fæstdag an welchen die Latiner dem Joui für ihr wohlfahrt opferten. ¶

Latinæ feriae dicebantur quum ex populis Latini viri simul & mulieres in montem Albanum hostias adducebant: & quis triduo sacrificio facto accepta carne, in suam quisque civitatem digressi, revertebant: ea dicta visceratio, quoniam ex hostiis carnes in partes casæ distribuerentur. Viscerationem mox & Cæsar populo dedit, ut apud Suetonium legitimus. Ferias autem Latinas, maximo Romano-Romanorum Latinorumque magistratum conventu, Consules procurabant, cum interea cum populo agere non licet: ob eam causam Latinæ aliquando à consulibus instaurabantur, cum Tribunis plebis obsecrare vellent, populares leges, reipublicæ perniciose, ferre cupientibus. Itaque Cic. ad Quint. Fratrem lib. 11. Consul, inquit, Lentulus dies comitiales exemit omnes: nam etiam Latinæ instaurantur: nec tamen deerant supplicationes. Sic legibus perniciosestis obsecratur, maximè Catonis. ¶ Instaurabant Latinas etiam Pontifices, ut Liv. lib. 32. tradidit. Id autem fiebat, quasi iam faciendis iis aut prætermis aliud esset, aut quod non oportet, commissum. Primus eas in unum diem Tarquinius superbus instituit: secundus dies additus, pullis regibus: terrius post secessionem in Aventinum: quartus, plebe & patribus à dictatore Camillo in concordiam reducitis. In eo meam fluctuare sententiam fateor, conceptivæ, an stativæ feriae fuerint Latinæ? si Varro & Macrobius sequamur, antiquitatis utrumque peritissimum, conceptivæ erant, non stativæ; concipiebanturque in dies vel certos, vel incertos. Liv. tamet stativas indicat fuisse, cum ait lib. 25. Romæ consules prætorésque usque ante diem quintum Calend. Maij, Latinæ tenuerunt, eo die perpetrato sacro in monte, in suas quisque provincias proficisciuntur. Non enim simile veri est, consules cum viator Annibal vastaret Italianam consultò in v. Calend. Maij, qui dies primo initi magistratus die. hoc est, ab idibus Martij, XLIII. dierum spatio distat, Latinas distulisse, ut ipsi sibi diuinæ in urbe mansionis necessitatem imponerent, cum ire in provincias neque consulibus, neque prætoribus liceret, nisi Latinarum sacro perpetrato. Aut igitur eas è stativis in ordinem conceptivaram postea transire credendum est: apt latentem causam alij perscrutentur. Ex Paul. Manutij comment. in Ebst. ad Attic. & ad Quint. Fratrem.

Latinæ, adverb. More Latinorum, lingua Latina. { Aetius. } GAL. En latine, à la maniere des Latins. ITAL. Latinamente. GERM. Lateinisch. HISP. Latinamente, en Latin. ANGL. In Latine after the fashion of the latines. ¶ Latinæ loqui, pro verè & simpliciter loqui, nihilque mentiri, nec supra verum, rem efferre. Cic. 6. in Verrem. Non enim verbi, neque criminis causa agendi complector omnia, cum dico nihil istum ejusmodi rerum in tota provincia reliquisse. Latinæ mēscitote, non accusatoriè loqui. Benè autem latini de Latinis existimabant, eos simplices & ingenuos minimèque simulatos & fallaces mendacésque arbitrabantur. ¶ Latinæ loqui, etiam est propriè loqui, ingenuè, aperte, atque absque dissimulatione & verborum favo- lucro.

lucro. Martialis in Ep. si quis tamen tam ambitiosè tristis est, ut apud illum in nulla pagina Latinè loqui fas sit, potest epistolâ, vel potius titulo contentus esse. Ob id dixit,

Casarius Augusti lascivos livide versus  
Sex lege, qui tristis verba Latina legis.

Rutlus,

Absolvis lepidos nimirum Auguste libellos,  
Qui seu Romana simplicitate loqui.

id est, aperte, & propriè remque suo nomine appellare. Vide More Romano. Cicer. 2. Philipp. Quem gladiatorem non ita appellavit, ut interdum etiam M. Antonius gladiator appellari solet: sed ut appellant ij, qui plane & Latinè loquuntur, hoc est propriè & aperte. Latinè scire, est Latinè loqui. Liv. 1. ab Urbe, Terror ad hostes transit Etenim audierant clara voce dictum, & magna pars Fide- narium, ut qui coloni additi Romanis essent, Latinè sciebant. Cic. pro Cæcina. Quid enim facilius est, quam probari iis qui Latinè sciant, in uno servulo familie nomen non valere? Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

Siqua videbuntur casu non dicta Latinè:

In qua scribatur barbara terra fuit.

Lætinitas, atis, Locutio ipsa Latina, sive sermo Latinus. { GAL. Language Latin. ITAL. Favella Latina. GER. Die Lateinischsprach. HISP. Habla Latina. ANGL. The Latine language. } Cic. ad Att. lib. 7. Securusque sum, non dico Cæcilius manè ut ex portu in Piræum ( malus enim autor Latinitatis est,) sed Tarentium, cuius fabellæ propter elegan- tiam sermonis putabantur à C. Lælio scribi. Latinitas præterea, pro jure latij; ut civitas, jus urbis. Suet. in Aug. cap. 47. Vrbium quaf- dam Lætinitate, vel civitate donavit. i. jure latij.

Lætinensis, c. Latinus, Latius. Cic. de Arusp. responsis, Quod in Agro Lætinensi auditus est strepitus cum fremitu. Significare etiam potest eum, qui alibi ortus, in Latio cum Latinis versatur: ut suprà dictum est in dictione Hispanus.

Lætini mons, λατινοῦ ὄρος, mons Joniae, natus fabula Endymionis, quem quum Luna adamaret, in Latmio monte ab ea sopitum fe- runt, ut unum ab eo osculum auferret: unde & ipse Endymion Latmius dictus est. Ovid. lib. 3. de Arte.

Lætini Endymion non est tibi Luna ruboris?

Lato, as. οὐρανός. Onom. Vet. Dicit. Lato, avi, atum, in latum extendere & ampliare: & derivatur à latus, a, um. Item lato, as, potest esse fre- quentativum à fero, i. e. frequenter fero: à Lato componitur, Col- lato, dilato.

Lætōis, idis, secunda syllaba producta, λατωτής, patronymicum est fœmininum à Græco nomine λατώ deductum, quo nomine illi Diana matrem appellant, quam & nos Latonam. Latois itaque à Poëtis ac- cipitur pro Diana Latona filia, quam & Latini Græcorum imitatio- ne Latoniæ appellant. Ovid. 7. Metam.

Inde Calævra Lætoidos aspicit arva.

Lætōmīa, vel latumia, arum. { λατουλα. GAL. Quarries. ITAL. Luogo dove si scarpellano sassi, miniera di sassi. GERM. Steinbruch/steingrub. HISP. La cantera, minera de cantos. ANGL. Quarries of stones. } à Si- culis dicuntur, quas nos vocamus lapidicinas, autore Asconio, hoc est, loca unde excidunt saxa. κάστρον enim Græcis est lapis: & τύπος, sectio. Liv. 6. bell. Pun. Comprehensa postea privata ædificia, comprehensæ latomia: forūmque piscarium. Ad latomias damnati di- cebantur ij, qui in opus metalli damnabantur. Plaut. in Capt. sc. 5. a. 3. Tyndarus in Latomias lapidarias ab Ægione damnatur. Inde, inquit, ibis porrò in latomias lapidarias. Latomia locus etiam fuit Syracusis, in quem rei & scelerati conjiciebantur: ita dictus quod in rupe esset à Dionysio Tyranno excisus. 7. Verr. Carcer ille, qui est à crudelissimo Tyranno Dionysio factus Syracusis, quæ Latomia vocantur, in illius imperio domicilium Romanorum fuit. Sueton. in Tiber. cap. 51. In Latomiam damnatus eques Rom. de la- tomiis carcere. Vide Senec. cap. 17. de cons. ad Marciam.

Lætōmīa. { αγνη chosse. λατου. GAL. Tireur de pierre, quarrier, tailleur de pierre. ITAL. Spezza pietra, tagliapetra. GERM. Ein steinbrecher/steinharver. HISP. Cantero que saca las piedras y labra. ANGL. A quar- rier, a diger of stones. } Latinè dicitur lapicida, qui è rupibus saxa ex- cindit, aut ad opus adaptat.

Lætonia, λατωτής, filia Cœi Titanis, à Jove amata & cōpressa est, ex quo ge- minam concepit prolem, Apollinem & Dianam. { Die muter Apollinis vnd Diana. } Quod Juno adeo ægrè tulit, ut immisso contra illam Pythonem serpente, per totum terrarum orbem pellicem persecuta sit, donec errando ad sororem Asterion in insulam Ortygiam per- venit, à qua suscepta est, ibique Dianam peperit, quæ è vestigio obstetricis officium in nascituro fratre matri præstit, & Apol- linem nascentem, suscepit: qui adultus, mox Pythonem interfecit, & potentibus cœpit dare responsa. Porro hæc insula, quum ante Ortygia vocaretur, postea Delos vocari cœpit, quod quum ante aquis metua fuisset, subito Iovis iussu extiterit. Nam δηλοῦ Græci dicunt, quod nos ostendere, seu manifestare.

Lætonia, λατωτής, dicta est Diana à matre Latona, quemadmodum Apol- lo ipse, Latous λατου. Virg. 9. Æneid.

Tu dea, tu præsens nostro succurre labori,

Astrorum deus, & nemorum Latonia custos.

Hinc Delos, ut ait Servius, dicta est Latonia, quod in ea Latona enixa sit Dianam, & Apollinem.

Latonigenæ dij, id est, nati ex Latona, λατωτή. scil. Apollo & Diana. Sineca, & Ovid.

Lator, is. Vide Fero.

Lætreus, unus ex Centauris. λατερίς. Ovid. Metam.

Quem dederat letho membris & corpore Latreus

Maximus.

Lætria, x, Latinè Cultus qui debetur Deo: obsequium, servitus. { הַבְּדָהָה. λατερία. GAL. Adoration & culte Souverain que l'en rend à Dieu se il, reverence. ITAL. Servizio, osservazione. GERM. Ein verehrung Dienst. HISP. Honra o' acutamiento al mayor. ANGL. wor- shipping or service to god. } Vox est nostris Theologis usitata: à qui-

bus ejus vis est atque explicatio petenda. August. lib. 10. de civ. Del Latiam nostri, ubiunque sanctorum scripturarum positum est, in- terpretati sunt servitutem. Sed ea servitus quæ debetur hominibus, secundum quam præcipit Apostolus servos dominis suis subditos esse debere, alio nomine Græcè nuncupari solet. Latraria vero secun- dum consuetudinem quâ locuti sunt, qui nobis divinam eloquentiam condiderunt, aut semper, aut frequenter, aut penè semper ea dicitur servitus quæ pertinet ad colendum Deum: & quæ non nisi uni & soli Deo debetur. Isidor. lib. 8. orig. c. 11.

Latrinā, x, Cloaca, locus privatuarum fôrdium, &c ad exonerandum ven- trem accommodatus: à latendo, sive potius à lavando, ut mox Varronis testimoniis docebimus. { תְּמִרְאָתָה לְמַחְרוֹת מִזְרָחָה. אֲפִידָה, דְּנוֹתָה. GAL. Un retrait, latrine. ITAL. Gaccatoio, necessario, cesso, luoco, da scaricare il ventre. GER. Ein profey / himlich gemach. HISP. La privada o necessaria de la casa. ANGL. A draught, takes, or privie. } Foricæ vero loca publica, in quibus licet omni- bus ventrem exonerare. Cloaca, aquæductus subterraneus dicitur, ad eluendas urbis fôrdes accommodatus. Antiqui lavattinam dixerunt: quæ postea syllabâ unâ sublatâ, latrina est ap- pellata. Varro lib. 2. de Analogia, Deinde quum brevitatis causâ no- mina contraherent, quod essent aptiora, pro lavatrina, latrinam no- minarunt: sicut ex maxillis, axillis, & vexillis malæ, alæ, & vela di- minuta sunt. Ex quo apparet, latrinam à lavando dictam esse, pro- priè significare colluviem omnium fôrdium, quæ ex tota domo in unum locum confluent. Plaut. in Curcul. Istas tuas magnas mi- nias non pluris facio, quâm ancillam meam, quæ latrinam lava. Videnturque latrinæ differre à cloacis, tanquam privatæ à publicis. Columell. lib. 10.

Immundus quacunque vomit latrina cloacis.

Invenitur etiam apud veteres Latrinum in neutro, Liberius in com- pitalibus, Sequere in latrinum ut aliquid gustes ex Cynica hæresi. Lucilius, lib. 6.

Hoc tu sp̄tē: credis quemquam latrina petisse?

Ex Nonio, Suet. in Tiber. cap. 58. Nummo, vel anulo effigiem impres- sam, latrinæ, aut lupanari intulisse.

LATRO, as, Varro dictum putat, quod canes indicent quæ noctu latent. lib. 6. de L. Lar. Proprium est canis, quum vocem edit, terrens, & in aliquem impetum faciens. { ποντονόβαχος. ιλακτία. GAL. Abbayer, japper. ITAL. Abbaiare. GERM. Bellen. HISP. Ladrar propriamente los perros. ANGL. To bark as a dog. } Virg. 9. Eclog.

multum latrante Lycisca.

Plaut. in Pænulo, Etiāmne meæ in me latrant canes? Cic. pro Roscio Amerino. Quod si luce quoque canes latrent, quum deos salutatum aliqui venerint. Gell. c. 1. lib. 7. Eum non latrabant canes. Itē Allatratre magnitudinem alicujus. Liv. 8. d. 4. Latrare, ad homines trans- fertur, pro vociferari, & intentiore voce clamare. Cic. 2. de Oratori, Quid enim hic meus frater ab arte adjuvari potuit, quum à Philip- po interrogatus quid latraret, furem se videre respondit? ¶ Hujus verbi composita sunt, Allatro, & oblatro, de quibus vide suis locis. ¶ Latrare aliquando poscere est, sumpta translatione à canibus, qui cum quid poscent, latranti. Lucret. lib. 2.

nōnne videtis

Nil aliud sibi naturam latrare, nisi ut cui

Corpo se junctus dolor absit, &c.

Eadem autem significatione Ennium usum Varronis testimonio, & Festi Pompeii intelligitur: quorum ille, Multa, inquit, ab animalium vocibus translata in homines, partim quæ sunt aperta, partim quæ sunt obscura. Perspicua, ut Ennij,

Animus cum pectori latratur.

Ita autem legendum Victorius docet, ratione fretus, & Festi testi- monio. Male enim antea latrat, pro latrat, legebatur.

Latrör, latraris, passivum. Plin. lib. 25. cap. 10. Hanc habentes negant latrari canibus.

Latrātūr, impersonale. Ovid. 2. Trist.

Scit cui latraretur, quum solus obambulat ipse.

Latrāns, tis, particip. { ποντονόβαχος. ιλακτία. GAL. Abbayer. ITAL. Che abbaya. GERM. Bellen. HISP. Cosa que ladra. ANGL. Barking. } ut, Colla latranta canis, Propert. lib. 3. Eleg. 16.

Exoranda canis tria sunt latranta colla.

Horat. lib. 2. Satyr. 2.

— cum sale panis

Latrante stomachum bene leniet:

Latrātūs, particip. à passivo latror. { ιλακτία. GAL. Abbayeur. ITAL. Abbaiatore. GER. Ein beller. HISP. Ladrador. ANGL. A barker. } Virg. 8. Æneid. 1. Achil.

— juxtaque Caphareus

Latratum pelago tollens caput.

Latrātōr. { ποντονόβαχος. ιλακτία. GAL. Abbayeur. ITAL. Abbaiatore. GER. Ein beller. HISP. Ladrador. ANGL. A barker. } Virg. 8. Æneid.

— & latrator Anubis.

Quintil. Rabula & latrator.

Latrātūs, us, Ipsa vox canum, sive ipse latrandi actus. { ιλακτί, ιλακτί. GAL. Abbayement. ITAL. Abbaiamento. GERM. Das bellen. HISP. La- drido de perros. ANGL. A barking of dogges. } Virg. 5. Æneid.

— sauit canum latratus in auras.

Ovid. 2. Fast.

Sicut aper longè sylvis latratis actus.

Fulmineo coleres dissipat ore canes.

Plin. lib. 8. cap. 40. Ab alio in Epiro agnatum in conventu per- cussorem domini, laniatu & latrati abductum, ut cogaretur fa- teri scelus.

LATRÖNES, Grassatores, raptores, prædones, viarum obseciores, qui viatores aut vitâ, aut pecuniâ spoliant. { פְּרִיאַרְתִּים כְּרִירִים גְּהַדְּלִים. GAL. Larrons. ITAL. Ladroni. GERM. Mörder, strauber HISP. Ladrones. ANGL. Throycutters, robbers by the high wayes. } Horat. lib. 1. Epistol.

Vt jugulent homines, surgunt de nocte latrones.

Ita

Ita dicti, auctore Festo, quod à latere adoriantur: vel à Latendo, quod latenter insidientur. Cicero. 2. Philipp. Erat ei vivendum latronum titus, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. Horatius 2. Serm. Saevr. 1.

— quem cur distinguere coner

Tutus ab infesta latronibus.

¶ Usurpant Poëta latronem, pro venatore. Virg. lib. 12.

— fixumque latronis

Impavidus frangit telum. quum superius dixisset;

Saucius ille gravi venantium vulnere peccus.

Plaut. Amphir. Ego idem latrones, hostes, bello & virtute contudi, &c. Sequitur qui Achiam, Ætoliam vi voriebant piratica. ¶ Apud antiquos etiam, latrones dicebantur conducti milites, à latrone, inservio: nam serviebant mercede. Moris autem erat, ut hos Imperator & circa se haberet, & primos mitteret ad omne discrimen. Varro autem hujusmodi stipatores putat latrones dictos, quasi laterones, quoniam latera tegerent. Hos nunc satellites vocant, qui Principis alicuius latus tueruntur, qui & stipatores, & militia vocantur. { GAL. Soldats des Gardes. } Plaut. in Milite, Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum meum, ut latrones quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret, Qui ejus regiam tutarentur. Idem ibid. sc. 1. a. 1. ad finem, Nam Rex Seleucus me opere oravit maximo, ut sibi latrones cogerem atque conscriberem.

Latrunculus, diminut. Parvus latro, { τὸς λῃστὸς. } GAL. Larronneau. ITAL. Ladronello. GERM. Ein strassenüberlin. HISP. Ladroncillo. ANGL. An little robber or trot cutter. { Cicero. de Provinciis Consularibus, Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à Proprietore una cohorte auxiliaria gesta. } Sunt etiam latrunculi sive latrones, quibus ludimus, sedecim scrupis gemina acie utrinque directis: in quibus duo Reges sunt invicem contendentes, duæ reginæ, quatuor equites, sedecim pedites, quatuor satellites, cotidem centuriones. De iis Senec. cap. 14. de tranquill. Ovidius meminit Eleg. 1. lib. 2. Trist. { GAL. Eschets. ITAL. Scacchi. GERM. Einschachstein. HISP. Axedrez. ANGL. A chess man. } Martialis.

In fidisorum si ludis bella latronum.

Seneca. Latrunculis ludimus.

Latrunculatör, is, qui latronibus conquirendis & suppicio afficiens præst, vulgo Iudeus maleficiorum. { δικηγόρος τῶν λῃστῶν κατάλογος. } GAL. Prevost des Mareschaux. ITAL. Giudice di maleficio o Bargello di campana. GERM. Ein blutrichter/ein blutvoigt. HISP. El juez de los ladrones. ANGL. That so archeth robbers to punuh. { Ulpianus lib. 5. Pand. 1. solemus, 6. 1. in fin. de judic. Latrunculator de re pecunaria judicare non potest. }

Latrocínör, atis, Latronum more prædor, græssor, occido, interficio, neco. { τὸς γηατὴς ψεύτης πασχάς τὸς γηατὴς λῃστὸς. } GAL. Dérober, brigander, détrousser. ITAL. Rubbare. GERM. Mörderey oder rauberey triben. HISP. Robar. ANGL. To robe, to tak proys or boocies. { Cicero. pro Milone. Quasi Appius ille Cœcus viam stravisset, non qua populus Romanus uteretur, sed in qua posteri sui impunè latrocinarentur. Idem de natura deorum. Tot millia latrocinantur morte proposita: alij omnia quæ possunt, fana compilant. } Significat & mercede militio. Plaut. in Milite, an quia latrocinaris, arbitramini, Quidvis vobis licere facere, verbero? Idem in Curc. Latrocinatus annos decem mercedem accipio.

Latrocínium, ij, ipse latrocinandi actus. { τὸν γηατὴν γηενθάθη. λῃστεία. } GAL. Briganderie, déroussement de gens, volerie, larcin. ITAL. Assassinamento, latrocino. GERM. Mord / diebstahl. HISP. Aquel robo publico. ANGL. Robbing and killing by the big royses. { Colum. Et in ipso facto latrocinium. Cæsar 8. bell. Gall. Quia repentina latrocino atque imperio incolæ illorum erant oppressi. Cicero. pro Deiot. Tueri fines suos ab excursionibus hostium, & latrociniis. } Apud veteres pro ipsa militia. Plaut. Qui apud Regem in latrocino fuisti, stipendum acceptasti.

Latrocinalis, e, ad latronem pertinens. Apul.

Latrocínatio, Latrocinium, λῃστεία. Plin. lib. 19. c. 4. Multitudinis innumeræ sæva latrocinatio.

Latura, φόρμη. Gloss. Phyl. Cyril. Gloss. φόρμη vectura. Sed rectum est φόρμη merces, quæ pro portatione pendit.

Latrarius, baillus.

Latūs, a, um, à ματρός. Spatiosus, amplius, laxus. { τὸς rachab. } ivy. GAL. Large, de grande étendue. ITAL. Lato. GERM. Weit/breyt vnd groß. HISP. Ancho, en respeto de largo. ANGL. wide, large, broade. { Plin. lib. 12. c. 7. Lata radice arbor. Ter. in Heaut. Huc est intro latus lectus. } Cicero. 6. Verr. Una via lata perpetua, multaque transversa Sycacuis. Ibidem, Insula est Melita, satis lato ab Sicilia mari, periculosoque disjuncta. { Latus pector, Martial. lib. 12. Latum pedum quinque faciunt. Colum. lib. 3. Buccina tortilis in latum. Ovid. 1. Metam. Plaut. Mostell. sc. 2. a. 2. Si posthac scies me latum pedem modò imposuisse inutundam. } Aul. sc. 1. a. 1. Latum unguem non discedere. Idem Mil. sc. 5. a. 2. Dianæ laudes latus, gratusque agam. Ovid. 5. Fast.

Aut pecus aut latam dives habebat humum. i. latifundia.

Tibull. lib. 4.

— Latus audax Hispania terris.

Ovid. Eleg. 4. lib. 3. Trist.

Lata que plus parvus vela timoris habent.

Lata fuga, exiliij species, & ceterorum locorum interdictio. D. lib. 48. tit. 25. leg. 5.

Latus etiam aliquando participium est à Feror, Idem valens quod portatus. { τὸν μῆσα. ταχὺς, κρυπτὸς. } GAL. Porté. ITAL. Portato. GERM. Getragen. HISP. Traido. ANGL. Borne or breight. { Cic. ad Qu. Frat. lib. 12. Latus lectica. }

Late, adverbium, in multis locis, per multis locos. { τὸν μέτων, ματρίας, διδικίας. } GAL. Largement, au large, amplement. ITAL. Largamente, ampiamente. GERM. Weit vnd breyt/an vilen orten. HISP. Largamente, ampiamente. ANGL. Broadly, wide. { Cic. pro lege Manil. Late

Galepini Pars. I.

longèque diffusa latus Pompeij. Idem pro M. Marcell. Vagabitus nomen tuum longè, atque latè. Virg. 8. Æneid. Lucas latè sacer.

Est ingens gelidum lucis propæ Garitus amnes

Religione patrum latè sacer:

